

1645.

1. Carpzov, Benedictus : Regiae & ac privilegio Saxonie
Saxorum principum Electorum et Sacrum Saxonie de
num appellatio.

2. Carpzov, Benedictus : Pin Deciae Juridico-politicae
Thesaurus Saxorum Lutheranorum ab eorum criminis
laicæ maiestatis, ex auctoritate Romani Pontificis
antichristianus, ipsis calumniosis imputato
a Tho. Wingeassbus.

3. Wirth, Polygraphus : Farsis sive Disorum eclogæ V.

1646.

1. Carpzov, Benedictus : Resolutio succincta legum
in pandectis Triam officiis Ministrorum.

2. Carpzov, Benedictus : De donatione bonorum "testimonia"
sive gestae Saxonicae.

3. Knoblauch, Tho : De finium regnum actione
(Defect).

1646

7. Herbachius, Samuel: *De nobilitate respublicae
et praescriptio eius materia*

5. Rinnius, Prinzipius: *De testamentis. Disputatio juri-
continens deputationem, divisionem ob causam effi-
cientem.*

6. Schader, Ursinus: *De pecunia castrensi*

1647

1. Carpzon, Benedictus: *De modis et causis federa-
tum amicorum*

2. Carpzon, Benedictus: *De jure, quod en fendo can-
tach vasallo.*

3. Gosslerus, Iacobus Fabius: *De conscientia politica*

4. Happius, Iohannes: *Programma, quod ad lectionem
publicam -- invitab.*

5. Michael, Iohannes, coll:med. viennes et prof. therapeutice

I. s. d. *Programma, quod orationem publicam invitab.*

1647,

6. Philippius, Iohannes : Generalia de oblongastrabas
7. Waltherus, Iohannes : ΟΝΥΜΟΙΟΥ ΥΙΑΛΟΠΟΥΛΟΥ
nutritioe physicae varios missus exhortans
8. Welschias, Hippopet., Fac. med. prof. pahl. : Programma,
(quod ad orationem uniusplicalem invitat.

1698

1. Bartholomaeus, Iohannes et. Bartholomaeus, Michael.
De glandiculacione
2. Heylandt, Durch : De salvo conducta.
3. Michael, Iohannes : De phrenetide.
4. Sacks, Philippus Iacobus : Argentaria officia
5. Schrenckendorffer, Georgius Tabes : De praescriftis.
natura.
6. Strackius, Iohannes : De insutis.
7. Volckmar, Hieronim : De jure aetatis
8. Wagner, Paulus : Explicatio regulae : necessitas
non habet legem.

1688.

J. Waltherus, Johannes : De capidibus in genere.

10. Wirth, Polycarpus : De fide.

1689.

1. Flappius, Johannes : Diatomeas yuviadofidyle
ta vodoz, et ventricis humani.

2. Flappius, Johannes : De phlebiti.

3. Langer, Christianus : De morbo castrensi seu Han-
ganus

4. Hochstetler, Johannes : De vario seu ex chylide
vega scorbutica.

5. Ritter, Samuel : De appellacionibus 2 Scand

6. Rinicus, Hercules : De duello.

7. Wirth, Polycarpus : Quæstionum iuridicarum 100

1645, 27 187

IN NOMINE JESU CHRISTI,
Vindiciae Juridico- Politice
THEOLOGORUM LUTHERA-
NORUM

ab
Enormi crimine lœsa Majestatis, ex asserto Romani Pontificis Antichristianismo, ipsis calumniosè imputato

J Ctis Dillingensibus,

Quas
Consensu Amplissimi J Ctorum Ordinis in Academâ Lipsiensi
publico examini subicit

BENEDICTUS CARPZOV, J. U. D. Consiliarius
Electoralis Saxonius, & Facultatis Juridicæ Ordinarius,

Respondentem
M. VVOLFGANGO VOLRATH J. U. Candidat.

Ad diem II. Octobr.
In Auditorio J Consultorum Petriano
horis consuetis.

LIPSIAE
Sumptibus ANDREAE KÜHNEN,
Typis HENNINGI CÖLERI,
Anno M DC XLV.

168
9. K
10. H
168
1. J
H
2. Z
3. Z
J
Y. A
V
5. O
6. O
7. W

THEODORI M. FUCHS
NORMA

ENDICITUS GARNON. IN D. S. P. C. P.
M. V. G. V.

Q. D. D.

ENDICITUS GARNON. IN D. S. P. C. P.
M. V. G. V.

M. V. G. V.

M. V. G. V.

M. V. G. V.

M. V. G. V.

In Nomine Jesu Christi,

Vindicia Juridico-Politica

Theologorum Lutheranorum

ab
Enormi crimine læsæ Majestatis, ex asserto Romani Pontificis Antichristianismo, ipsis calumniosè imputato à

J C tis Dillingensibus.

POSITIO I.

Uriose nimis & arroganter s̄p̄ius Princi-
pes ac Reges de titulis & stemmatibus conten-
dunt; non absq̄e urgenti suspicione ambitio-
nis & vanitudinis, augurante Ambroſio Spin-
o, aurei velleris equite & Legato Hispanico, †
qui ab Ordinib⁹ Belgicis interrogatus, cur Ar-
chiduces Austr⁹ unitarum in belgio provin-
ciarum insignia retinerent? Jure id ipsos facere, respondit, eo
quō Rex † Galliæ se Regem Navarræ, Rex Hispaniæ Regem Hie-
rosolymarum, & Britannia Rex se Regem Franciæ jaſtaret, Do-
min. Baud. de induc. belli belgici lib. 2. pag. 94. Theodor. Höping de
jure insigni. cap. 22. n. 223. Nimirum, † sunt quidam Principes, qui
multis fefe exornant titulis, multisque ditionum nominibus fibi
applaudunt, ex quibus forsitan aliquando uxores prodierunt, vel
quorum majores possessores fuerunt, sed possessione deturbati
sunt, vel cessione facta, vel venditione eam in alios tranſtulerunt,
non alio fine, † quām ut generis sui nobilitatem commendent,
vel ius in idea retentum aliis perſuadeant, Petr. Gregor. Tholos.
lib. 6. de Republ. cap. II. n. 13. quos jocosè æquiparat Johan. Limn.

A 2 hospit.

- 168
 9. H
 10. H
 168
 1. J
 II
 2. Z
 3. Z
 4.
 5.
 6.
 7.
 8.
 9.
 10.
 11.
 12.
 13.
 14.
 15.
- hospitibus Italiæ, † qui ut diversoria sua seu cauponas à peregrinantibus magis frequentari procurent, ferarum exuvias vel janus vel alii ædium eminentioribus tignis affigunt, quasi cupediorum, quæ intus teneant, certos indices, licet retro aliquot annorum sint rara spolia, carne jamdudum in aliorum succum & sanguinem conversâ, lib. 6. jur. publ. cap. 6. num. 41. Nonnulli † etiam ludente Zach, Victor. cum Plautino milite campis Gurgustidonis, Bom-bomachide, aliisque sesquipedalibus titulis se ipsos vexant, qui bus in Utopiâ, aliâve regione noctis vix locus, de caus. exempt, im-
 per. conclus. 31. Höping dict. cap. 22. n. 224.
 II.
- Inane profectò oblectamentum, in quo † multum nominis rei nihil, in solatium vel amissarum ditionum, vel nunquam posse-
 fellarum, Principibus relinquendum, perinde ut pueris à blandis nutricibus crepundia dantur, Baud. dict. loc. Nolden. de nobilit. cap. 21. n. III. Horum æmuli sunt Pontifices, † qui ut hactenus fere omnes, post Sergiuni ad Pontificatum evencti, nomen mutavere, quod vel obsecratis contegeretur cognominis, † quod Sergius ab illustri, ex quâ originem trahebat, familiâ Os porci obtinuit, Po-
 lydor. Vergil. de invent. rer. lib. 4. cap. 11. pag. 295. Rhodigin. antiqu. lect. lib. 15. cap. 26. pag. 980. vel, quod verius † vestigiis insisteretur Petri, cuius nomen à Salvatore fuit immutatum, ex L'antipa pese de Florimond de Rœmond. chap. 30. n. 4. pag. 278. Johan. Limn. lib. 1. jur. publ. cap. 11. num. 66. ita frequenter titulorum superbire haud erubuerunt, † quibustamen veritas magis obfuscatur quam manifestatur, ut cum faceto quodam autore verè dixerimus, nus-
 quam magis scena & populo serviri quam in titulis Papæ, ubi, quo plus pompæ & ostentationis appetet, eo minus solidæ veritatis subi-
 est. De nomine † enim Pontificis vel Papæ ne quicquam dicatur, quod Anno demum Christi 600. sub Justino Imperatore & Hormisda Pontifice assumptum, & vel à voculâ πάππας, quod avum significat: vel à pappo, carduorum flore: sive à Scythico Jove Pappæ; vel tandem à papillis nobilissimâ & delicatissimâ cor-
 poris parte, derivatum autumat Simon Schardius de Eleitor. orig. cap. 6. apud Goldast. in polit. imper. part. 1. pag. 52. vel à Pape, di-
 ctione † admirativâ, quasi admirabilis sit Papa in terris, secundum Ludov.

Ludov. Bolo. in addit: ad Cataldin. de Boncompagnis, in tract, de potest. papa num. 2. & nescio, quibus † derivationibus, vel fanatis-
cis potius allusionibus cœperit; Tusch. pract. conclus. lit. P. conclus.
40. n. 1. tom. 6. Nicol. Serarius lib. 3. mogunt. rer. notat. 52. pag. 569.
Et seqq. illos saltem notatos † cupio titulos, quibus in luto ambi-
tionis hærentes, vel ad lapidem vanitatis impingunt, vel more
Mangonum, ex aureis catenis, torquibus, bullis, & nescio quibus
crepundiis gloriuscule prærogativam mentiuntur.

III.

Quorsum enim Pontifex se profitetur Servum servorum Dei?
Quo titulo † Gregorium Magnum primum honorari, & succello-
ribus formam humilitatis exemplo suo ob sexcentas, quas à Lon-
gobardis passus erat, injurias, ostendere voluisse, notant Alb. Ab-
bas Stadensis. in Chronicis Anno Christi 1058. pag. 177. fac. 2. Polydor.
Vergil. lib. 8. cap. 2. Johan. Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 9. pag. 205.
Gualther. in chronol. eccl. polit. sub anno 1590. Johan. Azot. instit.
moral. lib. 3. cap. 43. vers. quadam alia &c. part. 2. Dixeris forsitan,
titulam hunc mutuo sumptum ab Imperatore Justiniano, qui se
ultimum Dei servum vocat in l. 1. in pr. C. de offic. præfet. pretor. A-
fric. Restaur. Castald. de Imper. quæst. 43. n. 2. Quod si ita est, my-
sterii hoc subest, ut imperare † malint pontifices quam servire :
honorari potius quam honoreare. Sint ergo verbotenus servi ser-
vorum, re ipsa tamen volunt esse Domini Dominantium, ut bene
animadvertisit Jason in l. rescripta. C. de precib. Imp. offer. Et venu-
ſe pariter † ac verè dicit Johan. Fab. Papa verbis se profitetur Ser-
vum servorum, de facto tamen se adorari permittit, in præfat. in-
ſit. verb. Augustus. Höping de insignib. c. 22. n. 42.

IV.

Aliena sanè est notatio hujus tituli ab exosculatione pedum
Pontificis notoriæ: de quā in † ceremoniali Romanæ Ecclesiæ lib.
2. c. 3. legitur statutum, ut omnes cujuscunq; sint dignitatis & præ-
eminentiæ, cum primū in conspectum Pontificis pervenerint,
distantibus spatiis, ter debeant ante illum genu flectere, & in ho-
norem Salvatoris nostri, cuius vices in terris agit, ejus pedes oscu-
lari. Imperator, Reges, Maximi Principes, Principum & poten-
tum Oratores primâ vice ad osculum manus & oris recipiuntur ;

A 3

alii

189

17.

18.

19.

20.

21.

22.

168
9. H
10. H
168
1. J
II
2. J
3. J
Y. S
V
5. O
6. O
7. H

alii ad pedes tantum; Cardinales verò profundè se inclinant bis, & tertio flectunt genu, noviter venientes & dextram manum sub auriphrigio pluviali osculantur. Episcopi parati genu tantum; Imperatores, Reges & maximi Principes manum & pedem, alii pectus, brachium alii, humerum nonnulli, quod mysterio vacare haut creditur, Durand. lib. 4. rational. Divin. offic. cap. 53. pag. 383. num. 13. Johan. Limn. lib. 2. jur. publ. cap. 2. num. 7. Morem hunc osculandi pedes † soli convenire Pontifici, scribit Marta de juris. dict. part. 1. cap. 46. num. 1. & antiquitus fuisse introducum ad exemplum Magdalena, Salvatoris pedes osculando suorum peccatorum veniam imperrantis, nec non † exemplo Caroli Magni Imperatoris, Adriani Pontificis pedes osculantis, & multorum subsequentium Imperatorum imitatione firmatum, attestatur Johan. Azor. inst. moral. lib. 5. cap. 43. circa fin. vers. mos osculandi pedes &c. Majol. tom. 2. colloq. 6. pag. 484. Polydor. Vergil. de invent. rer. lib. 4. cap. 13. Joseph. Stephan. in tract. de ador. pedum Roman. pontif. Quem honorem † etiam detrectare noluit Carolus V. Imperator invictissimus Clementi VI I. Papæ, cuius pedes in conspectu Regis Francie, Navarri, Ducis Sabaudia, plurimumque aliorum Principum ac Dominorum est exosculatus, referente Marta dict. part. 1. cap. 18. num. 20. Quin & summi † Principes eò se adigi à Pontifice passi fuerunt, ut nec in literis honorem hunc neglexerint, Epistola ejusmodi verba præmittentes: Post pedum oscula beatorum. Quam scribendi formulam in omnibus Imperatorum ad Romanum Pontificem literis jam inde à Ludovico Bavaro ad sua usque tempora, reperiri, dicit Johan. Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 9. pag. 215. in fin. Et in † literis Ferdinandi I. Imperatoris ad Pontificem de anno 1559. talem reperiri subscriptionem: Ego manus ac pedes vestrae sanctitatis deosculor, fidem facit idem Bodin. dict. loc. pag. 216.

V.

Itanè Servum servorum honorare oportet Principes ac Reges etiam invitatos, † adeò ut Papa quandoque indignatus fuerit Regi Hispaniarum, propterea, quod ad se non miserit Legatos, qui creato Pontifici adorationem pro more exhibuissent, ex Guicciard. lib. 7. referente Alber. Gentil. de Legat. cap. 7. † Latet heic angu-

anguis sub herba: jussus herilis sub titulo servili: vox mandantis
sub facto obtemperantis; & si causam hujus tituli quaesiverimus,
suppeditabit forte eam sacra historia, dum Noah describens fi-
lium suum Cham maledicendo imprecatur, quod futurus sit ser-
vus servorum fratibus suis Genes. 9. v. 25. Theodor. Reinking de
regim. secul. & eccles. lib. 1. claf. 2. cap. 4. num. 58. Convertunt † sci-
licer ita Pontifices humilitatis vestes in ambitionis stolam, ut non
male dixerit Cornel. Agrippa: Omnia admirabilium admira-
tionem hoc vincere, quod nostri sacerdotes iisdem mediis se cœ-
lum posse ascendere putant, quibus olim Lucifer cœlo decidit.,
Reinking dict. cap. 4. n. 56.

190

30.

VI.
Quorsum titulus Beatissimi in Christo Patris; quo † Impe-
ratores ac Reges in literis Pontificis salutare consueverunt, uti
exemplo Caroli V. & Rudolphi II. Impp. firmat Linn. lib. 4. jur.
publ. cap. 6. num. 11. & 12. Suaves nutritorum blanditiae, jucunda
parentum memoria, dulce patris nomen; modò factum corre-
spondet? Sed vereor, † ne vox sit Jacobi, manus vero Esavi, Ge-
nes. 27. vers. 22. Dicat unctus Domini Fridericus Barbarossa, quo
amore paterno Pontifex ipsum pedibus calcaverit, referens illud
Psalmitæ: Super aspidem & Basiliscum ambulabis, Goldast. in re-
plica pro imper. cap. 13. Catio in chron. lib. 3. in vit. Frider. Barbaros.
Dresser. in millenar. 6. pag. 356. Dicat † Heinricus III. quam affe-
ctionem paternam sibi exhibuerit Gregorius VII. Papa vita sua
insidias struendo, ex Benone Cardinale Augt. Brutifulfm. pag. 9. in
fin. & seqq. Dicat † Heinricus VII. quâ dilectione paternâ, vene-
no in hostiâ Eucharistica insidiis Papæ fuerit sublatius, Goldast. in
ditt. replic. pro imperio pag. 13. Dicat Heinricus III. Gallorum Rex,
† quem senserit paternum amorem à Dominicano sacrificulo per-
emptus medicato cultro in viscera ejus adacto, Marian. Jesuita-
lib. 1. de reg. instit. cap. 6. pag. 51. Warem. ab Erenberg lib. 1. defeder.
cap. 1. num. 46. Itanè factum † titulo correspondet paterno? Hæc-
cine patris in Christo beatissimi dilectio? Ex qua populos etiam
inaumerabiles catervatim ad gehennam secum trahens Pontifex,
nec rigoris ac severitatis vult insimulari, nec à quoquam morta-
lium redargui, qui dicat, Domine Papa, quid facis? c. si papa, di-
scintz. 40.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

7. Quo

VII.

37. Quorūm titulo † Principis Principum & Domini Domi-
nantium insigniri cupit Pontifex? Bald. lib. 4. consil. 388. Henn.
Arnf. lib. 1. de jur. majest. cap. 1. num. 3. scilicet ut potestatem in to-
tius orbis terrarum Reges & Principes sibi arroget absolutam,
Theodor. Hoēping in tract. de jur. insign. cap. 22. num. 44. omne-
que imperium à se tribui adimique probet, Marta de jurisd. part. 1.
cap. 29. num. 12. Theod. Reinking de regim. secul. Et eccles. lib. 1. class.
2. cap. 8. num. 24. Arnf. de jur. majest. lib. 2. cap. 6. num. 1. Ambitio-
sum † hinc prodit Edictum Pontificis adversus Henricum IV. Im-
peratorem: Toto Regno Germania acque Italiae ei interdico, &
omnes Christianos vinculo Sacramenti, quō se illi obstrinxerunt
exsolvo, & ne quisquam ei ut Regi obtemperet, veto. Card. Si-
gon. lib. 9. bisfor. Ital. Cuspinian. in vita Henrici IV. Fastidiosa & e-
lata † hinc leguntur verba in Bulla Sixti V. Papæ adversus Regem
Navarrum & Principem Condensem: Quin etiam Proceres Feu-
datarios, Vasallos, subditos & populos Regnum, Ducatum, &
Principatum, aliorumque dominiorum prædictorum, etiam ac-
cium superiorem non recognoscentes, & ceteros omnes, qui illis
quomodo cuncte juraverunt, à juramento hujusmodi ab omni
prorsus dominii, fidelitatis & obsequii debito perpetuā absoluimus
esse, prout nos illos omnes tam universim quam singulatim, au-
toritate præsentium absolvimus ac liberamus, præcipimusque &
interdicimus eis universis & singulis, ne illis eorumque monitis
legibus & mandatis audiant obedire; Qua verba recitat Marta
de jurisd. part. 1. cap. 28. num. 12. Au&t. bruti fulmin. pag. 195. Gual-
ther. in Chronol. Ecclesiast. polit. sub anno 1551. Parili modo † Bene-
dictus XIII. Papa adversus Ludovicum XII. Galliæ Regem, qui pa-
tris patriæ nomen est adeptus, publicis diplomatis populum ad
defectionem sollicitavit, & subjectis facibus inflammare conatus
fuit, Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 9. pag. 219. Ita scilicet Pontifex vi-
hujus tituli ambitiosi jus & facultatem Imperatorem Romanum
aliosque Reges ab Imperio & Regnis removendi sibi attribuit,
† cuius partes hāc in re tuerit Jesuita Johan. Azor. inst. moral. lib.
10. cap. 8. vers. secundò quaritur. Et lib. 11. cap. 5. vers. octavò queritur.
part. 2. & asserti hujus rationes, Celestini Papæ contra Henr. VI.
Imperat. refert Lehnmannus in chron. Spirensib. lib. 5. c. 68.

IIX.

At quō jure de hoc titulo gloriatur Papa? Quō jure hanc exercet potestatem? Ludit & oblectatur † titulorum vanitate, conscientia sibi bene, quod titulo prædonis eam obtinuerit, quam Reges & Principes jure vendicant. Non etenim heri nec nudiū teritus, sed jam ante quadragesimos annos, inter Heroem magnanimum Fridericum I. & nobarbum Imperatorem & Hadrianum IV. Papam lis desuper vehementissimè agitata, ac tandem † communī Procerum Imperii coasensu est definita, Christoph. Lehnman. dict. lib. 5. Chron. Spirens. cap. 68. Ritterschus. in vita Frider. generali promulgatā Constitutione Colon. à Ludovico IV. in qua sub poena criminis laixa Majestatis, privationis feudi, dignitatum, jurisdictionum & privilegiorum omnium severè mandatum, tne quis Imperium à Papa vel ei suppositum arbitretur, cuius tenorem refert Albert. de Rosate ad L. bene à Zenone, C. de quadr. prescript. Münster. in Cosmograph. lib. 3. de german. pag. 476. Frid. Hortled. de caus. belligerman. Caroli V. lib. 1. cap. 47. pag. 512. Aventin. lib. 7. annal. Georg Költerer ab Höch apud Frider. Achill. de princip. inter provinc. Europ. in Orat. contra Ital. pag. 618. Defens. Pac. ad Imper. Ludov. part. 2. cap. 3. & 4. In Gallia porrò thui Pontificis temeritati publico SCto obviam itum, testatur Johan. Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 8. ne quisquam scilicet Regiam potestatem ab arbitrio pontificis pendere dicat vel existimet. Quare Philippus pulcher Rex Francorum, Bonifacius IX. subjectionem urgenti & in hac respondit verba: Salutem modicam sive nullam: Sciat tua fatuitas maxima, nos in temporalibus nemini subesse, secus credentes fatuos reputamus & dementes, Hottom. in bruto. fulm. pag. 77. Petr. Syring de pace Relig. conclus. 29. pag. 39. Johan. Litm. lib. 2. jur. publ. cap. 11. num. 21. Optimum responsum, quo fatis illis & titulo & potestati Papæ, quam † nec Curia Parisiorum agnoverunt, decreto publico Diplomata Papalia adversus Ludovicum XII. Gallia Regem publicata lacerantes & concidentes, Johan. Bodin. dict. lib. 1. de Rep. c. 9. pag. 219.

IX.

Et quorū tandem titulus Vicarii, quō non parum superbit Pontifex Romanus, † seque Vicarium Christi iactitat, cap. 48.

B

quara

191

42.

43.

44.

45.

46.

47.

16.
9.
10.
168
1. J
II
2. J
3. J
Y.
V.
5. 0
6. 0
7. 0

quanto, & cap. ult. extr. de translat. prælator. cap. i. extr. ut ecclesiastici
cabenefic. cap. fundamēta, extr. de electi. in bto. cap. ad apostolicę, extr.
de re judic. in bto. cap. i. extr. de homicid. in bto. Petr. Albin. de pontif.
potestat. §. divini numinis, num. 13. Petr. à Monte de primat. papæ,
num. 7. Johan. Hieron. Alban. de potest. papæ part. i. per rot. Johan.
à Capistr. de autor. pap. part. 2. secund. part. pr. num. 3. Catald. de
Boncompagni. in tratt. de potest. papæ, in præl. num. 14. nempe ut pa-
rem se constitutat Christo Salvatori, ac divinæ majestatis faciat
participem, Petr. à Monte, & Catald de Boncompagni. diff. loc.
† Sed priusquam hoc nobis persuadeat, personam suam legitima-
re, & speciale mandatum exhibere necessum habet: nec enim Vi-
cario fides habetur priusquam ostenderit mandatum, quantumvis ev-
iam dignitate præcellat, l. i. C. de mandat. princip. Bald. in l. ali-
quando. ff. de offic. procons. Gerlac. Buxdorff. in dissert. ad Aur. bull.
concl. 71. Rutg. Ruland. de commiss. part. i. lib. 3. cap. 2. num. 14. & seqq.
Quod cum hactenus factum haud fuerit, falsè gloriatur de hoc ti-
tulo Pontifex.

X.

30. Et nonne † Vicarius Petri salutatur ab Imperatore Ludovi-
co, in cap. Ego Ludovicus. distinct. 62. quando ait: Ego Imperator
statuo & concedo per hoc pacatum confirmationis nostre tibi, Beato Pe-
tro Principi Apostolorum. & per te Vicario tuo, Domino Paschali, sum-
mo Pontifici &c. quem titulum agnovit & probavit † Nicolaus Pa-
pa in Epistolā ad Michaëlem Imperatorem hisce verbis: Non qua-
les Sacerdotes Domini sunt, sed quid de Domino loquuntur, est vobis
magnopere prævidendum: nec in Vicariis Beati Petri Apostoli est vobis
attendendum, &c. in can. non quales i. quasi i. & Gregorius lib. 6. E-
pist. 31. in verb. Atque promitto tibi & per te Sancto Petro Apostolo-
rum Principi, atq; ejus Vicario, beatissimo Gregorio & successoribus
ipsis, c. quoties i. quest. 7. Vicarius † verò Vicarium constituere
haud valer, ut expresse idem sancivit Pontifex in cap. clericos, extr.
de offic. vicar. Rebuff. in præl. canonica. in verb. Forma Vicariatus,
num. 73. Bald. in margarita Innocentii, in verb. Vicarius. Immola in
Clement. i. num. 19. & 22. de offic. Vicarii. Ex quo ergo Papa Petrus
Christi Vicarium assertit, c. ita dominus. distinct. 19. c. in novo. distinct.
21. non potest ipsemet sibi hunc titulum arrogare.

II. Ti-

Titulis hisce oblectantur Pontifices, † perinde ut pueri cre-
pundiis, ambitioni pariter & vanitatibus multum dediti. Quos
omnes si arte chymicâ ad quintam essentiâ redigere velis, vereor
ne in fumum abeat, spumâ antichristianismi in fundo testæ reli-
câ, ex quâ tandem per medium distillationis producitur titulus
Antichristi. Hunc † e quidem non absque crimine lâsæ majestati-
tis attribui Papæ, clamitant pleno ore pontifici, Reosque non so-
lum Vulcano litandos, sed etiam bona ipsorum sine sententiâ pri-
vativâ in publicum redigenda, auribus Imp. insuffrânt, Mart.
Bencend. ad l. 2. ff. de Reg. Jur. pag. 812. Quorum sunt † hodie an-
tesignani J. Cti Dillingenses in compos. pac. cap. II. quest. 83. qui
Theologos Lutheranos ob assertum Papæ antichristianismum ceu
criminis lâsæ majestatis Reos, potestate Imperatoriâ coerceri,
publicis editiis ac proscriptionibus profligari & capitali supplicio
puniti expetunt, dif. quest. 83: §. 159. 161. 162. & 163. Sed nimis †
precipitanter agunt, sententiamque ferunt rigorosam parte ad-
versâ nondum auditâ, pro more scilicet Jesuitarum, qui in scholâ
sua disputare norunt per syllogismos ex igne aquâ & laqueo con-
fectos, qui fortius quam qui primæ dicuntur figuræ, concludunt,
& ubi mors necessariò ingreditur conclusionem, ut loquitur Ge-
org. Frider. Limp. Baro apud Frider. Achill. in consult. de princip.
inter prov. Europ. in Orat. contra Hispan. Non ergo † in hac sen-
tentia acquiescendum, nec ipsorum deciso, veluti ex Apollinari
Tripode dicto sine ulteriori indagine & sub pena silentii creden-
dum; quin potius ineptè, impiè ac minus juridicè criminis lâsæ
majestatis insimulari Theologos Lutheranos ex afferro Romani
Pontificis Antichristianismo, probatum dabimus. In quo ne con-
fusè & sine ordine procedamus, formabimus (1.) certum contro-
versie hujus statum, (2.) Proferemus fundamenta pro impugnan-
da Dillingensium assertione. (3.) Eorundem rationes refellemus.
(4.) Dogma de Papa Antichristo pacificationi Religiosæ inclu-
sum. (5.) Ac tandem Imperatorem Sedis Romanæ & Ecclesiæ De-
fenforem hoc dogmate nequaquam offendì, demonstrabimus:
Quinque hisce capitibus auxiliante Jesu Christo vero capite Ec-
clesiæ, controversiam hancce determinantes.

168
9.
10.
168
1.
II
2.
3.
J.
Y.
V.
5.
6.
7.
CAP. I.

CAP. I.

Quisnam controversiae hujus status?

XII.

1. Iniquè & contra juris Regulas, formamque processus agunt Jcti Dillingenses, quod ante veram controversia determinacionem, Cæsarea Majestati, totique Imperio perluadere velint, in causâ prætensi criminis lae*sæ* majestatis ex asserto Papæ antichristianismo, citra ulteriore causæ cognitionem, adversus Lutheranos eeu criminis hujus Reos ab executione procedendum esse;
2. Ita namque † scribunt in composit. pacis cap. II. queſt. 83. §. 159 pag. 633. Siquidem ha ipse notorie calumniae sunt, & lae*sæ* majestatis criminia aduersus Apostolicam sedem, Cæsarem & Principes catholicos, à quis bus Lutheranos predicantes coercendos esse. Item §. 161. pag. 635. Quia non censebatur id pertinere ad fidem aliquam controversiam, que in concilio Episcoporum definienda; sed notoria calumnia, que absq; ullâ indagine, per Imperatoriam potestatem mox coercenda esset. Russus §. 162. pag. 653. Illorum insaniam præstaret publicis editiis ac proscriptionibus coercere. §. 163. pag. 636. Nos in † hac sententiâ sumus, non libris aut scriptis, sed iustitiae ac publice potestatis autoritate profilienda esse. it. §. 638. Apparet, quod predicantes, qui talia scribunt & publicè edunt, eò vesanie devenierunt, ut in Sacro Romano Imperio tolerandi non sint. §. 641. Tales injuriosas blasphemias & blasphemias injurias nobilissimo Cæsarii supremi Advocati Ecclesiæ officio coerceri postulant catholici: ac tandem pag. 635. † Scire debent predicantes, scripta sua in lucem publicam edita de Papa Romano Antichristo, aliud non esse, quam famulos & contumeliosos libellos sparsos aduersus duas supremas potestates, Romanum Pontificem ac Cæsarem, imò aduersus omnes Electores, Principes & cuiuscunq; ordinis catholicos, cujusmodi scripta, qui imprimunt, edunt vendunt, retinent ac inventa non lacerant, capitali pœna plebendi essent, &c. Nolunt † sanè Dillingenses inculpationis suæ rationes reddere, nec crimen lae*sæ* majestatis probare; sed omnibus eò intendunt viribus, ut pœnam luant. Rei criminis nondum confessi nec convicti. An ignorant forsan, processum capitalem † nequaquam ab executione esse inchoandum? nec quemquam condemnandum priusquam de crimine con-

convictus vel sponte confessus fuerit? c. i. c. primates, 2. quest. 1. 1.
qui sententiam, C. de pan. Hippol. de Marsil, in pract. crimin. §. se-
cunda questio, num. 1. Anton. Gomez, tom. 3. var. resolut. cap. 12. n. 3.
Brun. à Sole in consl. crimin. num. 202. Gandin, in tit. de pres. & in-
dic. indub. num. 2. Num insciit, † nemini Reorum defensionem es-
se denegandam, quippe quæ in jure naturali fundata, ne bestiis qui-
dem, ne dum homini, imo nec diabolo auferri debet, l. ut vim. 3.
ubi Jason, num. 17. l. 1. §. cum arietes. ff. si quadr. panper. fecisse dicat,
l. scientiam 45. §. qui cum alter. ff. ad leg. Aquil. l. 1. ubi Bald. n. 18.
C. unde vi. Hippol. de Marsil, in l. 18. §. cognitionem n. 47. ff. de quest.
Capoll. consl. crimin. 44. num. 4. & consl. 66. num. 3. An etiam igno-
tum ipsis, † in causis capitalibus contra Reum negantem non esse
poenam decernendam, si non criminis probatio luce meridiana
clarior præcesserit? l. absentem ff. de pan. l. ult. C. de probat. Jul. Clar.
lib. 5. sentent. §. ult. quest. 6. num. 9. & seqq. Joach. Mynsing. cent.
5. observat. 33. Andr. Gail. lib. 1. observat. 108. num. 13. Neutrum cer-
tè de Jctis est præsumendum.

193

XIII.

Ajunt equidem, † crimen hoc esse notorium in suprà alle-
gato §. 161. pag. 635, veri, sed notoria calunia, quæ absq. ullâ inda-
gine per Imperatoriam potestatem mox coercenda esset. Quo in casu
ordo juris non servatur, cap. pervenit, extr. de jurejur. Jul. Clar. in
pract. quest. 9. in pr. Conrad. in pract. tit. de not. crim. num. 1. Foller.
in pract. crim. verb. item quod committit crimen notorium. num. 1.
Profsp. Farin. in pract. crimin. lib. 1. tit. 3. quest. 21. num. 60. Anton. Go-
mez. in tit. de delict. cap. 1. num. 42. † neque in notoriis expedit co-
gnoscere, vel sententiam proferre, sed exsequi vel punire, c. de ma-
nifesta &c. manifesta 2. quest. 1. Dec. consl. 544. num. 6. Andr. Gail.
lib. 1. observat. 39. num. 3. præsertim, si poena tendat ad vindictam
Reipublicæ, vel quando ratione officii publici quis patiatur inju-
riam, Rol. à Vall. vol. 2. consl. 48. velut in hoc declarat Gail. exemplo
injuriae judici factæ, quam ipsem et vindicare potest, dict. observat.
39. num. 4. Sed fraudulenter † contra suæ conscientia dictamen,
& notoriæ veritatem, Dillingani crimen hoc notorium procla-
mant: Cum de jure id verè notorium dicatur, quod ex actis & pro-
batione testimoniis resultat, cap. cum olim. extr. de VS. cap. cum olim. si-
gni-

B 3

- 168
 9. 1
 10. 7
 168
 1. 1
 11
 2. 2
 3. 2
 15.
 7.
 16.
 17.
 5. 0
 6. 0
 7. 0
- gniſicavit, & cap. ſignificavit. extr. de reſtib. ult. C. de probat. Jacob Menoch. de recuper. poffeff. Remed. 15. num. 265. Aym. Cravett. com. fil. 121. num. 2. & 3. Farin. dict. queſt. 21. num. 14. & 22. ubi plures ad- ducit autoritates, & ampliationibus hoc benè firmat. Nec t̄ con- cesserimus, in notoriis ita tumultuariē & celeriter procedendum eſſe, ut nec R̄ eus audiri, nec defenſionibus suis admitti debeat, quod si fieret, proceſſus precul dubio nullus erit, c. primates, c. no- rum, c. primo ſemper. 2. queſt. 1. Hyppol. de Marſil. In Rubr. ff. ad leg. Corn. de falſ. num. 49 & ſeqq. Rol. à Valle. vol. 3. confiſ. 53. num. 34 & ſeqq. † Et ſi omnino in notoriis abſque ullo juris ordine & lo- lennibus ad dictamen & executionem poenā properandum eſſet, ut quidam autuſant, ex c. maniſta. c. que Lotharius Rex. c. de ma- niſta. 2. queſt. 1. Angel. Aretein. de maleſic. verb. etiam per modum no- torii. Marſil. in pract. ſ. ex amicanda. num. 1. & ſeqq. Gram. deciſ. 3. num. 50. & ſeqq. de ſolo tamē notorio facti id foret accipiendo- num non de t̄ notorio juris, quando dubitat ut an factum commiſſio- pro crime haberi debeat, veluti hoc explicat Clar. in pract. queſt. 9. n. 5. ut verē dixerit Conrad. notorium propriē & ſtrictē ſumendū illud eſſe, quod eſt notorium facti; quod autem juris eſt, improprio- eſte notorium, in pract. dict. tit. de not. crim. n. 8. poſt. Anton. de Buti in tract. de notor. art. 2. n. 31. XIV.
- Caveat ergo iudex t̄ ne afferat delictum notorium, cum no- fit, multa enim dicuntur notoria, qua non ſunt, inquit Iul. Clau- ditt. queſt. 9. num. 5. circa fin. Caveant hinc etiam ICti Dillingen- fes, ne crimen laſe majestatis per assertionem Pontificis antichri- ſtiani, commiſſum, dicant notorium, cum t̄ jam ſub iudice lis ſit, an aſſerſio haec crimen laſe majestatis infeſerat? Quod equide- Dillingani affiſmant, nos verō conſtanter negamus, & quam ſe- niſtrē, falſo ac calumnioſe hoc noſtris tributis impuſetur, ad oculum demonſtrabimus. Ne verō confuſe id ſiat, nec veruſ controver- ſia ſtatiſtus in dubio ac incerto relinquatur, moniſtum velimus. Primo: Nos ſaltem Theologorum Lutheranorum partes jam age- re, eorumque defenſionem luſcipere. Non equide- inſiciamus- haut ſolos theologos, verū alios etiam intelligentes ac Religio- nis amantes homines in noſtris Ecclesiis Papam credere Antichri- ſtum, adeoque & illos hac calumniā notari & criminis laſe ma- jestatis

statis falso insimulari. Attamen cum Dillingenses omnem cul-
pam in solos prædicantes (quo nomine † Theologos Lutheranos
contemptim notatos volunt; quos tamen hoc ipso præter inten-
tionem suam, officio Christi & Apostolorum summoque honore
inviti dignantur) transferant, eosque solos ceu Reos læsæ majesta-
tis accusent, dict. quæst. 83. §. 150. pag. 625. ibi: *Rectè etiam Catho-
lici quidam Theologis Lutheranis prædicantibus objecerunt, esse hoc la-
se majestatis crimen, si Papam Antichristum appellant, &c.* Et postea
pag 626. *Acqui id agunt Prædicantes Lutherani, quando sedem Apo-
stolicam Romanam Antichristi esse volunt, & impium ac sacrilegum ju-
ramentum, quo Romanus Imperator, Electores, aliq[ue] Principes Eccle-
siastici se Pontifici & sedi Romana obstringunt.* §. 149. pag. 623. ibi:
*Si Lutherani prædicantes Papam Antichristum esse contendunt. Et §.
159. pag. 633. in Rubr. Quibus rationibus Lutherani Prædicantes o-
fendere contentur, non esse injuriam estimandam, si ipsi Papam Anti-
christum vocent, ac passim in dict. quæst. 83; utique & hilce † in
terminis acquiescemos, nostraque tela ultra offenditionem haud di-
rigemus, ne iniqui censores videamus & defensio nostra excedat
offensionem † contra naturam relativorum, quorum in omni-
bus eadem debet esse forma, lex & ratio, Ripa in l. s. plagi. 123. n. 11.
ff. de verb. obligat. Alexand. lib. 5. consil. 131. n. 2. Nicol. Boët. decis. 48.
num. 3.*

18. 194

XV.

Secundò: non parum confundunt JCri Dillingenses deli-
ctum injuriarum cum crimine læsæ majestatis. Mox enim Theo-
logos Lutheranos ex asserto Pontificis Antichristianismo, injuria-
rum accusant, & quidem majori ex parte eò tendunt, quò ipsos
hoc nomine convincere queant, prout manifestum reddit initia-
tum ac titulus quæstionis 83. §. 118. pag. 601. ibi: *Estne injuria & con-
sumetia insignis adversus Apostolicam Romanam sedem, redundans in
ipsum Romanum Imperatorem, & ordines Imperii catholicos, quando
Prædicantes Lutherani Papam Antichristum esse clamitant;* & §. 119. in
eadem pag. *Lutherani prædicantes editis libris demonstrare conantur,
nullam banc injuriam esse.* Nec non decisio quæstionis. §. 149. pag.
623. ibi: *Ad quæstionem initio propositam respondemus, esse hanc du-
biè insignem injuriam & consumeliam adversus Apostolicam Roma-*
nam

21. 22.

nam sedem; quæ redudet in Romanum Imperatorem & Ordines Imperii catholicos, si Lutherani predicantes Papam Antichristum esse contendant, &c. Mox tverò Dillingenses ex eodem fundamento Lutheranos læsa Majestatis Reos proclamant, in §. 150. pag. 625. verb: Rechè etiam carbolici quidam Theologi Lutheranis Predicantibus objecserunt, esse hoc læsa majestatis crimen, si Papam Antichristum appellant. Et pag. 626. in verb. Negari tamen non potest, longe gravius & magis indubitatum esse læsa majestatis atq; Rebellionis crimen, &c. Mox t utramque conjungunt accusationem §. 165. pag. 640. ibi: Sed petimus judicialiter declarari, esse hanc notoriam & insignem injuriam ac læsa majestatis crimen, à predicanibus illis per libros editos commissum. Ita scilicet confusè agunt, ac si unum & idem esset crimen injuriarum & læsa majestatis, quæ t duo tamen toto cœlo ab invicem distant, ut notum est etiam tyronibus juris, & saltem ex poenis diversis horum delictorum perfectissimum; Non solum enim in crimine Majestatis Reus vitâ, t sed etiam bonis perclitur, quæ confiscationi sunt obnoxia l. 5. C. ad leg. Jul. Majest. ult. ff. eod l. 5. l. 6. l. 7. & l. ult. C. cod. tit. l. 1. C. de bon. libertor. Aur. Bull. Caroli IV. Imp. tit. 24. Ordin. Crimin. Caroli V. Imp. art. 218. quin & liberos t infamia paterna comitatur, dicit l. 5. Injuriarum verò pœna duntaxat est arbitria, nec facile cuiquam t ob injurias etiam atrocissimas supplicium mortis irrogandum, diximus post Dan. Moller. ad Conf. Elect. 43. num. 2. in praktice criminali, part. 2. quæf. 94 num. 48. Quò ergo hanc evitemus confusionem, maneamus in terminis læsa majestatis, seposito jam delicto injuriarum, quamvis nec t hoc Lutheranis ullo jure impunari queat, prout jamdudum edocuit & clarissimum fecit D. Nicolaus Hunnius, in tractatu, cuius inscriptio est: Necessaria depulsio duarum gravissimorum accusationum, quibus Jesuita Augustana Confessionis Ecclesias calamiosè onerare non erubescunt, I. ac si Papam dicendo Antichristum, Romanum Imperium, Cesaream Majestatem ceterosq; status catholicos injuriâ afficerent. II. Solennem Religiovis pacificationem violarent, in lucem edita à D. Wilhelmo Lylero, & in tractatu apologetico sub titulo: Innocentia Lutheranorum, in puncto injuriarum ex asserto Romani Pontificis Antichristianismo, in Romanum Imperium, Imperatorem ac Status catholicos redundantium, nec non vio-

late

late pacificationis Religiose, contra Jctos Dillingenses & Jesuitam
Adamum Tannerum Anno 1631. edita, quo lectorem remittimus,
nec enim ipsius tradita & argumenta hic repetere placet, nec faci-
bus Solem adjuvare, quod supervacui impendii & laboris esse,
Anacletus Pontifex scriptit in c. si omnia. 6. quest. 1.

195

XVI.

Tertio: Distinctæ porrò † sunt quæstiones nequaquam con-
fundendæ: An Pontifex Romanus sit Antichristus? Et an pro-
niciatum de Papa antichristo, inferat crimen læsa majestatis?
Prior est theologica, & fidem non quidem salvificam sed histori-
cam concernit, atque ex sacro Codice decindenda: Posterior vero
Juridica, ex legibus & fundamentis juris definienda. Ne ergo †
falsum nostrum in alienum messem mittamus, nec mixturam cau-
semur theologico-juridicam, sepositâ priori, ratione instituti no-
strâ in solâ posteriori subsistimus, committentes illam theologis,
qui de hâc fuse scripserunt: Et † quidem B. Lutherus post Hus-
sum, Papam primò salutavit Antichristum; Postea exunge Leo-
nem cognoscens, magnum dixit Antichristum Anno 1520. in lib.
Vom Pabsthumb zu Rom/ tom. 1. germ. 7enens fol. 178. cuius assertio-
nis veritatem multis probatam dederunt Theologi Lutherani,
Georgius Nigrinus, Ægidius Hunnius, Heilbrunnerus, Mylius,
Zeamannus, Thummius, D. Hoë, & Calviniani Dannæus, Lub-
bertus, Wittackerus, Junius, aliique complures, † & tandem
Theologi Saxonici in vindictis pupilâ Evang. cap. 96. Ob es der heil-
ligen Schrift gemäß sey/ wann der Pabst zu Rom der Antichrist ge-
nennet wird. Et suppedit Augustana Confessio notas aliquot
Antichristi, quæ si Papa adaptentur, cuivis obviam erit conse-
quentia infallibilis, quam Scholæ Theologorum relinquimus.

XVII.

Insignem tamen † circa notas antichristi impudentiam Jcto-
rum Dillingensium silentio hic præterire nolumus, dum contra
propriam conscientiam & ipissimam veritatem scribere haut eru-
bescunt, dogmata quædam de Romani Pontificis potestate, cum
falsationis criminè à Lutheranis proferri, & catholi-
cismus autoribus imputari, quæ tamen apud Romanæ fidei Doctores
sunt inaudita, eaque passim referri ajunt in scripto, cuius titulus

C

est:

29.

30.

31.

32.

33.

168
9. N
10. N
168
1. J
T
2. J
3. J
J
Y. 1
N
5. 0
6. 0
7. W

34. est : Statliche Ausführung der Ursachen/worumb die Thur. und
Fürsten/ auch andere Stände der Augspurgischen Confession/ des
Pabstis Pii IV. ausgeschrieben vermeinet concilium, so er gegen
Trident angesehet/ nicht besuchen könnten. Quād † verē hoc dixe-
rint Dillingani paucis videbimus, Falsum esse, inquiunt, pronun-
ciatum & a nullo Doctorum catholicorum assertum in quaest. 38. §.

145. pag. 619. quod Papa immutet rerum naturam, Substantialia
unius rei applicando alii. Der Pabst vermag die Creaturen zu en-
dern/ und eine substance und Wesen mit dem andern appliciren und
vereinigen. Audiant, fqueſo, Dillingenses verba Petri Albiniani
Tretii in tractatu, quem aureum appellat, de Pontificiā potestate, in
scripto ad Clementem VII. Pontificem. §. Divini numinis. num. 16. ibi:
Unde dicitur (scilicet Papa) Ecclesiæ arbitrium l. i. in fin. C. de summa
Trinit. & fid. catol. & ideō etiam immutat substantialia unius rei
applicando alii. Et paulo post: Item de iniustitia potest facere
justitiam, corrigendo jura & illa immutando, c. ut debitus. de ap-
pellat. c. non debet, de cons. & affinit. & plenitudinem obtinet potes-
tatis, c. decreto. 2. q. 1. Audiant † quoque verba Cataldini de Bon-
compagnis, in scripto de potestate Papæ ad incitam Civitatem Fer-
rarie de anno 1488. §. nec mirum. num. 81. ibi: ipse solus potest, fa-
cere de aliquo aliud. Falso quoque catholicis imputari ajunt, dict.
pag. 619. pronunciatum: Quod Papa possit aliquid de nihilo fac-
re, der Pabst kan aus nichts etwas machen: adduntque, testes sunt
omnes catholici, talia inaudita esse apud Romanæ orthodoxæ si-
dei Doctores; Vel cent autorem, librum, caput, in quo hæc & si-
milia, quæ per imposturam afferunt, legi possunt. † Postulato huic
ut occurram, cito & allego prædictos autores catholicos, nempe
Petrum Albinianum-Tretium, dict. tract. aur. de pontificiā potestate.
§. divini numinis. num. 16. ibi: Et de nullo potest facere aliquid &c.
Et Cataldin, de Boncompagnis dict. §. nec mirum, num. 81. in verbis
ipse enim solus (Papa) potest de nihilo aliquid facere &c. † Idem
judicant Dillingenses de pronunciato: Quod Papa sit omnia &
super omnia: Et rursus pag. 620. Quod Papa possit omnia, que
Deus facit. At si dubitent aut nesciant, num catholici unquam id
statuerint, † aures præbeant scripto dicti Petri Albiniani Tretii in
hoc allegato, num. 14. ibi: In omnibus & per omnia potest Papa di-
cere

196

Cere & facere quicquid placet, auferendo jus suum, cui voluerit,
 quia nemo est, qui ei dicere possit: Quis ita facis? Et num. 15. Nam
 apud eum est pro ratione voluntas; It: non habet superiorem: Et
 ipse est super omnes. Rursus num. u. Ideo bene dici protest de jure
 Papam pene omnia posse, quæ Deus potest, excepto peccato. Obje-
 ctiunt portio † Dillingani, dictiu[m] falso catholicis imputatum:
 Quod Papa sit Deus. Sed legant quæsò Ludo. Bolo. in addit: ad Ca-
 tald. de Boncompagni. num. 2 ibi: Papa dicitur stupor mundi, quia
 nec Deus est nec homo, sed est utrumque. Johan. à Capistrano.
 de authoritate Papæ & concilii. part. 3 secund part. princ. num. 1. Papa
 est Deus in terris &c. num. 3. Papæ igitur tanquam Christo flecta-
 tur omne genu, & num. 6. ipse Sponsus Ecclesiæ dicitur. Johan.
 Hieron. Alban. Cardinal. in tract. de potestate Papæ, in prefat. num.
 22. ibi: Papa canonice electus est Deus in terris. Et part. prim. num.
 169. verb. Quid ergo dicent illi, qui Papam, qui Christus domini
 est, deponi posse perhibent. Quod † & facit, quod Papa à catholicis
 ponatur fidei fundamentum, ut videre est ex verbis modo allegati
 Johan. Hieron. Alban. part. 3. num. 71. Hunc Principem Episcopo-
 tum (Papam) maximi Viri ita venerati sunt, ut Hieronymus ille
 unus omnium doctissimus pariter & sanctissimus, idem apud il-
 lum suam professus, scriptum relinquare non erubuerit: Hæc est
 fides mea, Papa beatissime, in quâ si quid erro, cupio abs te emen-
 dari. Et postea: Papam Ambrosius fidei firmamentum appellare
 non dubitavit. Pergunt † Dillingenses & falso catholicis impu-
 tari conqueruntur pronunciatum: Quod Sacrilegii instar sit, dis-
 putare de facto Papæ, cuius facinora excusantur: & quod omnia
 possit Papa, modo contra fidem non sentiat: Sed legant verba †
 Iepius allegati autoris Catald. de Boncompagni. intr. de potest. pap.
 §. nec mirum. ibi: Nec licet de Papâ aliqui disputare; ipse est qui su-
 periorem non haber; Facta Papæ excusat, etiam si videantur
 injusta, & licet † apa faciat, quod nobis videatur in justum, ni-
 hilominus est justum. Nec † nos Petr. Albin. dicit. §. divini num-
 eri. num. 2 ibi: Etenim Papæ semper est obediendum in spirituali-
 bus, & his, quæ ad animam pertinent & spectant, nisi fiant contra
 fidem & num. 5. Quod si Papa præcepit aliquid injustum, cum
 non habeat superiorem, coram quo agi possit, illi obediendum
 est

C 2

est

40.

41.

42.

43.

44.

168
9. h
10. n
168
1. J
II
2. s
3. x
O.
Y. -
V.
5. o
6. o
7. w

est in spiritualibus, quia nemini licet de ejus factis judicare. It. n.
29. Dubitans de potestate Papæ, dubitat de fidè catòlicâ & tan-
quam sacrilegus est censendus, & instar sacrilegi est disputare de
potestate Papæ. Efflum † quoque contra catholicos afferunt
Dillingenses illud, quod contra Epistolas Apostoli possit Papa sta-
tuere. Verūm licet Ruinus forsitan non simpliciter id dixerit, atta-
men quin Joha. à Capistr. hoc senserit & docuerit, inficiari ne-
queunt, † verba ejus bene perpendentes; Benè (inquit) potest Pa-
pa dispensare, etiam contra autoritatem Apostoli, quia Papa ma-
jor est Apostolo, sicut Petrus fuit majoris autoritatis, quam Pau-
lus, unde Papa est in loco Petri, & sic major Paulo. Unde si par-
parem non habet imperium, multo minus habet imperium mi-
nor in majorem. Papa namque est Vicarius Iesu Christi, & non
Paulus. Et f̄est valde mirabile, quod Glossa & sequaces in cap. su-
per eo. de bigamia, dicant, quod Episcopi possint dispensare cum
bigamis, & Papa non possit plus quam alii minores Episcopi, cum
ipse habeat plenitudinem potestatis, cæteri verò partem sollicitu-
dinis, & sic tenendum est, quod Papa possit dispensare cum biga-
mo, (addantur verba finalia: num. 10.) non obstante autoritate Apo-
stoli, dicentis unius uxoris Virum.

XII X.

48. Perspicuum hinc est, † quantum honorem, quantam querere
verentiam Papæ exhibeant catholici, ut causam de falsâ insimula-
tione conquerendi non habeant Dillingenses: Plura quidem
adduci hanc in rem possent, sed nostri non est instituti; Summa-
tim saltē † ut Papicolarum dementia innotescat, adducere lu-
ber encomium Papæ decantatum à Catald. de Boncompagni. hisce
verbis: *Papa non puri hominis, sed Dei viui vices gerit in terris, &*
totius mundi appellatur Dominus. Eſt Sacerdos maximus, summus Pem
titifex, Heres Apostolorum, primatus Abel, gubernator Noe, Patriarcha
zu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, autoritate Mo-
fes, iudicatu Samuel, potestate Petrus, unitione Christus ipse eſt, ut
Bernhardi utar eloquio, diligentium Pater summus & particeps omni-
um timentium eum, Christianorum dux & ordinator, Omnia Pastori
Magister sapientum, oppressorum refugium, Advocatus pauperum,
Miserorum ſpes, Cœcurum oculus, Mutorum lingua, Baculus ſenu-
Ma.

Salorum meus, Bonorum gloria, Potentum Virga, Tyrannorum mal-
leus, Regum Dominus, Moderator Legum, Sol terra, orbis lumen, Vi-
tarinus Christi, successor Petri, & mundi arbitrus, Dominus & Magister.
Haec tenus Catald. Boncompagni, in tract. de potestate Pape, §. Pro-
inde loquar. num. 14. Nil t̄ profecto in hoc encomio omissum
quam conclusio, in mente retenta, quæ procul dubio ex Papâ fa-
cit Deum.

197

50.

51.

52.

53.

54.

55.

XIX.
Quartò: Ante omnia t̄ denique dispiciendum, quo respectu
erimus læsa majestatis imputetur Lutheranis Papam antichristum
proficentibus: Quem duplēcē ponunt Jcti Dillingenses, nempe
vel ratione Pontificis, vel Imperatoris: De priori ita loquuntur in
§. 150. pag. 615. & 626. Reclè Catholici Luteronis predictantibus ob-
jecerunt, esse hoc læsa majestatis crimen, si Papam Antichristum appellent.
Est enim Bartoli & omnium Doctorum sententia in Extravag.
Qui sunt rebelles, & videre licet apud Prosp. Farinac, quod Papam supra
alios Principes majestatem habet, & leges loquentes in crimine læsa
majestatis, trahant ad Papam atq; ad Cardinales, tanquam qui la-
teri ejus proximè conjuncti sunt, &c. De posteriori vero dict. §. 150.
pag. 626, hisce verbis: Preterea crimen læsa majestatis censi debet,
quatenus contra Imperatorem Romanum ejusq; latrī adharentes Ele-
ctores ac Principes catholicos committitur. Nam maximè id crimen
læsa majestatis censerur, ubi contra Romanorum Imperatores vel Re-
ges aliquid, quod dictum tangat, asseratur. Haec tenus Dillingen-
ses. Existimant ergo t̄ dogmatis hujus professione utroque respe-
ctu committi læsa majestatis crimen, tam contra Papam quam
Imperatorem. Non utique mihi persuaderi patiar, serio prius t̄ à
Dillingensibus, vel quovis Jesuitā, aliove catholico asseri, post-
quam ex omnium confessione certissimum, Papam a Lutheranis
Ecclesiæ caput nequaquam agnoscit, nec Superioritatem ejus tem-
poralem in alios Rēges, Principes ac populum universi orbis ulli-
bi fundatā, probari posse, Defens. pacis ad Imp. Ludov. part. 2. c. 3.
& 4. Audi. Papat. Roman. anonym. cap. 9. Wolff. lection. memorab.
cent. 16. Frid. Hörrled. de caus. belli germ. lib. i. cap. 47. ex quo funda-
mentum & ratio t̄ hujus delicti formalis, que in subjectione consti-
tit, ultrō corruit; nec enim quisquis aliis, qui subditus non est,

C 3

crit.

168
9.
10.
168
1.
II
2.
3.
J.
Y.
V.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.
31.
32.
33.
34.
35.
36.
37.
38.
39.
40.
41.
42.
43.
44.
45.
46.
47.
48.
49.
50.
51.
52.
53.
54.
55.
56.
57.
58.
59.
60.

crimen maiestatis committit, cap. pastoralis, §. rursum, ubi Gloss, ex*ad sentent. Et re judic.* Nicol. Boët, in tract. de sedis, cap. 6, num. 2, § 5; Ludov. Carer, in tract. crimin. tract. appellat in criminalibus, cas. 11, m. 21, pag. 25; Jacob. Menoch, consil. 99, num. 16. Et 17. Jul. Clar. lib. 5 sensent. §. *lesse* maiestatis crimen, num. 6, § 7. Non itaque in refellenda Dillingensem inculpatione hunc respectum attendimus.

XX.

In genere vero si quæsiverit aliquis † num etiam contra Pontificem Romanum crimen maiestatis committatur? Non simpliciter negative respondendum existimataverim: quamvis enim Interpp. † pleriq; ex parte Lucheranorum, Pontificis: Maiestatem summis virtibus detracatum eant, veluti Marquardus Freherus in comm. ad donat. Constantini M. Imper. & in comment. ad donat. Otton. III. Imp. Math. Bortius in typojurie pr. publ. cap. 3, conclus. 10, ut. b. Bernh. Zieritz in tract. de Princip. inter se prorogat. Rumelin. ad Ait. Bull. part. 3, diff. 2, 1b, 12. Anton. Benbeilona in iustit. ab Princip. seu de pac. Relig. part. 1, cap. 16, fol. 264. Johan. Zabel. in disput. Anti Bodin, concl. 8, lit. b. Elias Rheyvald. ad leg. jul. majest. vol. 4, disput. Basiliens. disput. 6, 1b, 16. ex hoc unico fundamento, † quod Regimen politicum non conveniat Papa, siquidem Christus, cuius Vicarium se jactat Papa, omnem jurisdictionem politicam abs se abdicasse legitur, Matth. 20, v. 25. Luc. 12, v. 22. Iohann. 6, v. 15. & cap. 18, v. 36. quod & Apostoli, Praeceptoris sui vestigis insistentes fecerunt, Iohann. 20, vers. 2. Matth. 10, v. 20. & cap. 18, infra. Petr. 3, v. 1. & 3. Steterunt judicandi, non sederunt judicantes, Marsil. Patav. in defens. pac. part. 2, cap. 5, pag. 134. Henr. Eckard. de ordin. Ecclesiast. & polit. part. 1, cap. 6, quest. 1. quin potius ipsem Christus Apostoli & ipsorum Successores sub Principium seculi coactiva jurisdictione vixerunt, eosque vivere docuerunt, usque ad tempora Constantini I. Roman. Imperat. Marsil. Patavin. dict. part. 2, cap. 17. Georg. Sigismund. Seld. Vicecancellar. Ferd. I. Imp. in discurs. von Keys. Majest. Wahl und Hoheit. Attamen † si dicendum quid res est, vel confunditur protestas Ecclesiastica cum regimine Politico, vel omnis magistratus secularis respectus, Papæ admittitur, cum tamen hic non tantum sit spiritualis Pontifex, † sed etiam Princeps potentissimus in S. Petri patrimonio, ita ut licet in spiritualibus non agnoscatur pro Ecclesiast.

198

61.

clesiae Monarcha, in temporalibus tamen Majestas ei nequaquam denegari debeat, nisi & Electoribus Ecclesiasticis, & ceteris in Imperio Archiepiscopis & Praelatis suam potestatem imminutum ire velimus, t̄ hanc abnuente Augustanā Confessione, in qua civilis potestas ac dominatio summo Pontifici & Episcopis non simpliciter denegatur, modo ea cum Ecclesiastica non confundatur, Art. ut. Spen. Gulg. & in artic. Schmalkaldens. in subscript. Philippi. Dan. Otto in discurs. politic. de majest. Imp. cap. 2. §. 8. Melch. Goldast. in Bohem. lib. 3. cap. 13. num. 2. pag. 354. Christ. Besold. in diff. de Majest. cap. 2. inf. Ex quo verē dixeris, t̄ eandem esse Papæ Romani, quoad civilem cultum conditionem, quam Cæsaris Germanorum, Catholici Hispanorum, Christianissimi Gallorum, Tzari Moscorum, Chani Tartarorum, Sultani Turcarum, Sophi Persarum, Praestegiani Æthiopum, similiusque terrenorum Monarcharum, quibus honor civilis debetur, licet eorum Imperia non usquequaque justa ac legitima esse nobis videantur, Goldast. dicit. cap. 17. t̄ Quod si ita est, & crimen Majestatis aduersus Papam à subditis suis committi posse, nemo incitas ibit, nam posito fundamento Majestatis, ipsum quoque effectum largiri, necesse est, Hieron. Gigas in tract. de crim. lej. majest. lib. 1. Rubr. qualiter & à quibus, num. 2. Dan. Otto dicit. cap. 2. num. 8. Goldast. dicit. loc. Modò assertio hæc intra ianū dictos limites contineatur, nec extraditiones & provincias Papæ extendatur, Dan. Otto dicit. loc.

62.

63.

CAP. II.

Fundamenta pro innocentia Theologorum Lutberianorum & avertendo crimine Majestatis
quoniam. ?

XXI.

Consistit ergo verissimus controversiæ status in eo, an Theologi Lutherani in scriptis suis, suggestu vel Cathedrâ, Papam Antichristum appellantes ac profidentes, aduersus Imperatorem Romanum committant crimen læsa majestatis? Quod quidem plenius buccis affirmant J. C. Dillingensis, sed quam falsè, calumniosè,

petu-

petulanter ac minus juridice id faciant, argumentis demonstratum dabimus. Primumque petimus tex genuinā hujus criminis naturā ac qualitate, hunc ponentes Syllogismum:

Quicunque nihil molitur contra summam Imperatoris potestatem, is nec crimen Majestatis adversus Imperatorem committit.

Theologi Lutherani dogma de Papa Antichristo profientes, contra summam Imperatoris potestatem nihil moliuntur, Ergo.

Probationem majoris propositionis suppeditat ipsa vocabuli notatio, seu descrip^tio lese majestatis; † per definitionem siquidem nominis recognoscimus rerum quidditates, substantias, qualitates & accidentia, Nicol. Boët. *de c*onf*. i*ust*. n*um*. 8.* quia impedita sunt nomina ad cognitionem rerum, § si quis in nomine, insit. de Legat. unde dicuntur rerum nota in l*ab*o*e*n**. 7. §. 2 ff. de supp*el*et*c*onf**. legat. Est autem † notatio duplex, rūm Majestatis, rūm l*æ*s*ionis** ejusdem; ideoque; nosl*e* oportet, quid sit Majestas, seu, in quo consistat, & quomodo ea offendatur ac l*æ*d*a*t*ur****.**

XII.

Etsi verò Majestas (à magnitudine †sic dicta, quam amplitudinem, magnitudinem, decus ac dignitatem rei cuiusque vocat Cicero *in partit. orat.* quem sequitur *Glossa in proæm. Inst*it*. verb. majestatis.* Duar. *ad L. Jul. Majest. cap. 1.* Herm. Kirchner. *de Rep. disp. 2. lib. 2. in pr.* Johan. Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 8. in pr.* Herman. Vulcei. *in S. publica a*ntem* 3. num. 3.* Inst*it*. *de publ. judic.* Et lib. 1. *jurisp.* Roman. *cap. 47. lit. a.* Petr. Gregor. Tholosan. *in syntagm. jur. univers.* lib. 33. cap. 1. num. 2. & 3.) diverso accipitur sensu, † ut vel autoritatem divinam, l. 32. §. sacerdotio. ff. de arbitr. vel autoritatem Principis, populi aut Magistratus l. 1. §. 3. C. de aduc. tollend. l. pen. ff. de just. & jur. l. 33. ff. de jure iurand. l. 9. ff. de jurisdict. vel † Principem ipsum in l. 23 ff. de legat. 3. l. 34. C. de donat. vel etiam quandoque externam personam gravitatem & splendorem denotet, Henning. Arnis. *de ma*iest*ie**. cap. 1. Tob. Paurmeist. *de jurisdict. Imper. Roman. lib. 1. cap. 4.* At tamen † propriè loquendo, Majestas est summa potestas, quasi maior, potestas, Nestor Dionys. Novanensis *de verb. signif.* lib. 11 Melchis*

Melch. Goldast, lib.3. Bohem. cap.13. §.3. Est enim major, qui primus est, summus & supremus, juxta enallagen comparativi pro superlativo, Goldast. de major. lib.2. cap.6. num.4. & seqq. Christoph. Besold. in dissertat. de majest. cap.1. num.2. quare per Majestatem † jus ipsum, quod in summam consistit potestate, intelligi debet, ut sic verè ac proprie majestas dicatur ac definitur † summa potestas, quæ nec tempore nec legibus est supposita, Beroaldus in annot. in Sueton. Vespas. cap.7. Marcius, innot. ad insp. in proœm fol.5. Clem. Timpler. lib.3. polit. cap.1. quaf.1.. Bodin. dist. cap.8. Dan. Otto de majest. cap.2. in pr. Tob. Paurmeift. de juris dist. Imper. Roman. lib.1. cap.4. num. 22. Christoph. Besold. lib.1. polit. cap.2. §.7. Goldast. dict. cap.13. n.3. Henn. Arnis. lib.1. de majest. cap.3. &c. Offendere † autem a sedere, in hoc crimenem idem est quod moliti, prout benè explicant Gigas in tract. de crim. les. majest. Rubr. quid sit. Henr. Bocer. de crim. les. majest. cap.1. num.50. Elias Rhevald ad leg. Jul. majest. lib.9. lit. e. germanicè vocatur: Meuteren anfangen: uti appareat ex tit. 24. Aur. Bull. von der Auffezekung wider der Churfürsten Leib und Leben ic. §. So iemand mit Fürsten in verb. eine lästerliche bohaffige Meuteren anfängt/ oder zu solcher Meuteren sich mit Eude verbindet/ iunct. vers. So solder selbige als der an der Majest. schuldig etc. ut. §. und zwar. verb. Solcher fürgenommenen Meuteren ic. & §. ule. verb. aus Besachen der verdamlichen Meuteren. Quibus sic positum manifestum redditur, † crimen majestatis cum commititi, quando quis contra summam potestatem Imperatoris & Imperii aliquid molitur, unde ipse vel status damnum patiatur. Cui porro consequens, nequaquam criminis hujus insimulandum esse eum, qui contra summam potestatem Imperatoris & Imperii nihil molitur; Eamq; descriptionem criminis probant exemplis Ulpiian. in l. & 2. Marcianus in l.3. Scævola in l.4. Venulejus in l.6. ff. ad Leg. Jul. Majest. &c. Impp. Arcad. & Honor. in l. quisquis s. C. cod. tie. veluti si quis personam Imperatoris ipsam, vel ejusdem consiliarios offendere, necare & è medio tollere præsumat & molitur, dist. l.5. C. Ad leg. Jul. majest. † quod in specie dicitur perduelionis crimen, quo maximè potestas summa ac Regimen Imperii turbatur. Iudicatur & offenditur, Bocer. dist. tract. de crim. les. majest. cap.2. num.9. & seqq. Vel si quis † contra ipsum Imperii statum, &

D

Rem.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.
9.
10.
168
1.
II
2.
3.
0
Y.
V.
5.
6.
7.
000.1

Rempublicam quid committat, milites conducendo, hostibus se aggregando, pro magistratu se gerendo &c. ex quo Respublica ac summa Magistratus potestas labefactetur & evertatur, dict. l.1.l.3. l.4. ff. ad leg. Jul. majest. Bocer. dict. cap. 2. Just. Mejer. in Colleg. Argentorat. ad lib. 48 ff. tit. 4. §. 2. & 3.

XIII.

16. Hæcque criminis notatio † hand obsecrè infert, non modo contra ipsum Imperatorem, sed etiam contra Imperii Status id committi, quod de Electoribus † specialiter provisum in *Aur. Bull. Caroli IV. Imp. dict. tit. 24.* Von der Aufsezung wider der Churfürsten Leib und Leben. † At idem obtinet in reliquis Imperii Statibus, Elias Rhevald ad l. Jul. Majest lib 9. lit. d. Ex quo enim summa Imperii potestas Statibus Imperii est communicata, & in duos quasi semisses divisa, † quorum unum Cæsar, alterum Ordines obtinent universi, ut probat series comitiorum, in quibus si inter Cæsarem & Ordines, vel majorem eorum partem res coire nequeat, nihil actum judicatur, neque Imperator ex plenitudine Potestatis, neque Ordines invito illo quicquam statuere possunt, Melch. Goldast. in *Repliq. pro Imper. contra Gretser. cap. u. pag. 105.* Tob. Paurmeist. de *jurisdic. Imper. Roman. lib. 2. cap. 2. num. 20.* veluti † appetet ex clausula illâ Recessibus Imperii communissima, quâ consensu & voluntate Procerum ac Statuum Imperii, omnia dicuntur peracta & decreta: Mit einmütigen zeitigen Rath und Willen auch zugeben und annehmen der Churfürsten/Geistlichen und Weltlichen Prelaten, Grafen/ Freyhen/ Herren und anderer Stande des heiligen Romischen Reichs &c. Atque hinc dicit † Imp. Maximilius: Wir haben uns mit des heiligen Reichs Ständen/ und sie mit uns / nachfolgender Articul und Meinung/ als ein Christlich Corpus und Versammlung/ gegen und mit einander vereiniget/ verpflichtet und vertragen / in Recess. Colouien de anno 1512. non potest † non hinc etiam labefactari summa potestas, adeoque ipsa majestas, si vel saltem unicum Imperii membrum, in confortium istius potestatis receptum, Princeps vel status offendatur ac lædatur; Quin & in ipsum Imperatorem hæc offensio redundat, † cum sine injuria, dolore & damno capitatis, nullum laudatur membrum corporis humani. Aequiparant scilicet Politici Imperii, quibus illi digni sunt, non solum in corpore, sed etiam in membris.

rium Romanum corpori hominis: Illudque capite & membris
constare ajunt, ita ut Imperator Caput repreſenter, veluti sic ap-
pellatur in Recell. Imper. de anno 1566. §. Vnd nachdem demn auch ic.
circ. afn. ibi: Wir dann als Römischer Keyſer/ und das Oberhaupt
im heiligen Römischen Reich. Recell. Imp. de anno 1530. §. Nachdem
aber sibi: Oberſtes Haupt der Christenheit ic. u. Caput naturale
Imperi, Handlung der Chur und Wahl des Großmächtigsten Kō-
nig Carls/ ic. in der Churfürſten Schreiben an den erwählten Kō-
nig apud Goldaſt. in Reichs Handlung pag 97. Ein natürlich Haupt
und Verweser des heiligen Römischen Reichs. Caput Ecclesie
temporale, Aur. Bull. tit. 2. §. Ich N. Erzbischoff &c. verb. wil er-
wehren ein weltlich Haupt dem Christlichen Volk. Caput Impe-
rii vigilans, Recell. Imper. de Anno 1570. §. nach erledigten. ibi:
haben wir als ein wachend Haupt des Römischen Keyſerthums ic.
¶ Status vero ac Proceres Imperii membrorum vicem sustineant,
quippe qui capiti suo, hoc est, Imperatori tanquam pia membra
uniuntur: Einverleibte Glieder der Keyſerl. Majest. Recell. Imper.
Spirens. de Anno 1542. §. und wiewol. ibi: daß allen Ständen als
Christlichen Gliedern des heiligen Reichs die Rettung unsers
Christlichen Glaubens und Vaterlandes Deutscher Nation unver-
meidlich zufiehet/ ic. Recell. Imper. de anno 1530. §. Weiter. ibi:
Christliche Glieder des Reichs. & Recell. Imper. de anno 1567. §. das
mit auch Churfürſten. ibi. Vnd dann uns als dem Oberhaupt/ und
Ihnen alsden Gliedern etc. Thuan. lib. 2. hſt. in pr. Theodor. Rein-
king de Regim. ſecul. & eccles. lib. 1. class. 3. cap. 1 per tot. Rhevald. ditz.
ib. 9. lit. d. Johan. Limn. lib. 1. jur. publ. cap. 7. num. 51. & 52. Tiber.
Decian. vol. 7. Respons. 19. n. 128.

XXIV.

Committitur ergo tantummodo crimen maiestatis ab il-
lis, qui contra Imperatoris ac Statuum Imperii Regimen, sum-
mamque potestatem quicquam moluntur, quo eam labefactent,
inveruantque: quod nec inficias eunt Dillingenses in §. 150. verf.
Præterea crimen &c. quam in tem etiam allegant Extravag. Qui
ſint rebell. in verb. decernimus & pronunciamus, quod illi omnes & fin-
guntſunt rebellēs & inſideles nostri Imperii, qui quomodocunq; publice,
vel occulē contranoſtrum honorem & fidelitatem, rebellionis opera fa-

16.

9. 1

10. 2

168

1. 3

II

2. 3

3. 3

O

Y. 1

V

5. 6

6. 6

7. 6

DOS

27.

28.

29.

30.

31.

ciunt, & contra nostri Imperii prosperitatem aliquid machinantur, &c.
 Quo sensu & explicationis nervo stante, si jam t̄ minor propositio
 examini supponatur & subsumatur, dicat qui vel tantillum iudicij
 & conscientia habet, an theologi Lutherani per assertionem Pon-
 tificis Antichristi, quicquam contra summam potestatem Imper-
 toris & Imperii statum moliantur: quod jure ipsis imputari
 posse t̄ tantum abest, ut ne verbum de persona Imperatoris, ac
 Statu & Regimine Imperii proferant. Ita scilicet calumniari no-
 runt Jcti Dillingenses, quibus tamen t̄ ceu affirmantibus onus
 probationis incumbit, l. 2. ff. de probat. Cui ne prorsus deesse vi-
 deantur, obicem nobis ponere satagunt in §. 150. pag. 626. vers. ne-
 garitamen &c. ubi sic scribunt: Negari tamen non potest, longe gra-
 vius & magis indubitatum esse lese maiestatis atq; rebellionis crimen, si
 adversus ipsam Imperialem dignitatem populus armetur aut concite-
 tur, verbis aut opere, sicut videre licet apud Farinac. quæst. 118. §. 4. n.
 44. Atqui id ajunt predicantes Lutherani, quando sedem Apostoli-
 cam Romanam Antichristi esse volunt, & impium ac sacrilegum jura-
 mentum, quo Romanus Imperator, Electores, aliq; Principes Ecclesi-
 astici se Pontifici & sedi Romane obstringunt: quâ ipsâ re convellunt
 Sacri Romani Imperii statum, quippe qui sine obligatione ad sedem A-
 postolicam, Pontificem, eiq; adherentem catholicam Ecclesiam con-
 sistere non potest. Deniq; populum universum ab obedientia & af-
 firmatione Romani Imperatoris, Electorum & Principum, dicto modo ob-
 ligatorum Pontifici Romano, quem blasphemum Antichristum esse di-
 cunt, quantum in ipsis est, avertire volunt. Contendunt t̄ nim-
 rum, à Lutheranis Theologis Papam Antichristum proclamanti-
 bus, populum contra Imperatorem & Imperii Status armari, con-
 citari & ab obedientia debitâ averti, ex praesito iuramento & fide
 promissâ, qua Cæsar pariter & Principes Ecclesiastici Pape & sedi
 Romanæ sunt obstricti, & sine quâ obligatione consistere nequeat
 Imperii Status.

XXV.

Nolumus verò t̄ Juramentum, quo defensio Pontifici Ro-
 mano ac sedi Apostolicæ ab Imperatore fuit promissa, h̄c tange-
 re & examinare, reservantes illud in cap. 5. ubi specialiter de eo a-
 gendum erit. Hoc tantummodo jam dispiciemus, an Theologi
 Luhe,

Lutherani † per assertionem Papæ Antichristi armare velint populum contra Imperatorem & statum Imperii, eumque ab obedientia averttere & avocare, quod profecto absq; majestatis offensione hanc fieret? Resp. (1.) Sed unde Dillingensibus hoc, † quod filius Dei proprium est, ad intimi cordis sensa penetrare, corda & renes hominum probare & cogitationes ac intentionem Theologorum Lutheranorum cognoscere. Anne prædicare verbum Dei est averttere homines à debitâ obedientia? anne dogmata Lutherana Religionis defensare, est homines armare adversus Imperatorem & rebellionem contra Imperium excitare, Meutereyen anrichen? qualis hæc est argumentatio? quæ consequentia? Non certè † calumniari sufficit, sed probatio requiritur in delictis ejusmodi scandalosis, luce meridiana clarior, *I. absentem ff. de pœn. l. ult. C. deprobat. Jul. Clar. lib. 5 sentent. §. ult. quest. 63. num. 9. & seqq.*, Joachim. Mynsing. centur. 5. observat. 33. Andr. Gail. lib. 1. observat. 108. num. 13. nec præsumitur delictum, si non probetur, Matth. Stephan. in not. ad art. 28. Ordin. Crim. Carolin. Jacob. Menoch. lib. 1. præsumt. quest. 36. & 92. Resp. (2.) Ipso sane facto † Theologi Lutherani ab hac calumniosa & rebellionis præsumptione abundanter se liberant, pro concione populo obedientiam Cæsari & Magistratui etiam catholico præstandam, studio indefesso inculcant; quo † de ita scribunt in vindicis pupilæ Evangel. cap. 88. pag. 669. In unsern Predigten vermahnen wir trewlich zu geben dem Kœsler/was des Kœslers ist den Ehren. Jhns/ den Beth. Jhns/ etc: Est que hæc ipsa Lutheranorum doctrina, quod † cuivis Magistratui etiam infideli & ethnico in temporalibus subditi ad obedientiam sint obstristi, vel saltē ex generalibus scripturæ dictis, quæ obedientiam Magistratui præstandam à subditis exigunt, citra ullam exceptionem vel limitationem, an Magistratus sit ethnicus vel Christianus, hæreticus vel orthodoxus, Rom. 13. v. 1. Omnis anima potestatis sublimioribus sit subjecta, non enim est potestas nisi à Deo. 1. Pet. 2. v. 17. Subjecti estote omni humanae ordinationi proper dominum: Quare † & Israëlitz pro vita & salute Nabuchodonosoris, qui idololatra erat, orare jubentur, Jerem. 29. vers. 7. Baruch. 1. v. 11. Quin & ipsem et Christus ethnicus Magistratui tributum persolvit, Matth. 17. v. 27. & ad Cæsarem Ethnicum provocat Paulus, *Act. 25. v. 11.* Johan. Gerhard. in loc. Theolog. de Magistr. po-

D 3

lit.

32. 201

33.

34.

35.

36.

37.

38.

16.
9.
10.
16.
1.
II
2.
3.
0.
Y.
V.
5.
6.
7.
39. lit. S. 481. pag. 1297. & seqq. Resp. (3.) Nec fest quod ex Antichristia-
nismo Papæ, quicquam contra Imperatorem Statumque Imperii
inferant & argumenteatur Dillingenses, eò maximè intenti, ut
subsistentiam Regiminis in autoritate fudent papali. Ut enim si
lentio præteremamus ea, quæ jamdudum contra hanc Pontificis ar-
rogantiam & ineptias papicolarum, à politicis pariter ac Jctis pro-
lata, & à nobis etiam dicta fuere in comm. ad Leg. Reg. cap. 2. sct. 6. 7.
40. & 8. Imperator t̄ soli Deo immediate acceptum fert Regimen, nec
ullius alterius beneficio quām ipsius Dei ordinatione imperat, ve-
luti non modò Imperator Justinianus quondam id fasili est, à co-
lesti Majestate Imperium libi esse traditum. I. C. de vet. juri. encl. de
cælo datum, Novell. 73. in prefat. S. r. & à superna collatum cle-
menciat, Novell. 6. in princ. Sed & hoc ipsum agnoscit Carolus V.
Imp. in Recess. Imp. de anno 1548. in pr. ibi: Haben wir aus aufge-
legtem Ampt/ darzu wie vom allmächtigen Gott berufen seyn / &
Maximilianus I. Imper. in Recess. Imper. Wormat. de anno 1495. sub-
tit. Reformation das heimliche Gerichte in Westphalen betrifft
§. Erwürdigte/ ib: Nachdem wir von der Gnaden GD Etes zu der
Höhe Römischer Königlicher Würden unverdienet berufen wad
kommen seyn. ic. Melch. Goldalst. tom 1. consil. Imper. pag. 220.
Hieronym. de Cavall. in spec. comm opin q. est. 808. num 68. Ernest.
Cochm. 4. consil. num. 4. & consil. 12. num. 2. Maria de juris dicit. cap. 6.
num. 12. omnium t̄ maxime vero hoc appetat ex verbis, quæ legun-
tur in der Thürfurstl. Ordnung/apud Goldalst. tom. 2. der Reichs-
säzung, pag. 35. Der Keyser hat seine Gewalt ohn alle Mittel
von Gott. Johan. Limn. lib. 4. jur. publ. cap. 6. num. 20. Idemque a-
gnoscit Nicolaus Cusanus, Imperatoris celsitudinem esse indepen-
dentem quoad sui naturam: primò & supremò distinctam à Spi-
rituali, habentem dependentiam immediatam à Deo, lib. 3. Con-
cord. catbol. cap. 5. Quo intuitu t̄ etiam vocatur Dei Vicarius, Sap.
6. vers. 5. Psalm. 82. v. 6. Chassan. in catal. glor. mund. part. 5. consil. 3.
Ostav. Cacher. decis. 30. num. 5. Imago divinæ Majestatis, Alber. in
pr. ad l. decernimus. C. d. SS. Eccl. Laudenb. intrat. de princ. quest.
155. & Lex animata vices Dei gerens, Novell. 105. cap. 2. in fin. & ibi
gloss. Petr. Mart. in lib. 1 Reg. cap. 18. fol. 147. Anton. Fab. in Cod. lib.
1. tit. 1. vers. quarta propositio, &c. Thessaur. in prefat. decis. num. 14.
Co-

Carol. Molin. in consuet. Parisen. tit. 1. §. 8. gloss. 3. num. 8. Nec est
† quod electioni in Regem ac Imperatorem quicquam juris tri-
buamus, quia haec est nudum translationis medium: ex quo sub-
sistit distinctio, † potestatem, quæ concessa est Imperatori &
Principibus; à Deo esse immediatam, modos verò eam con-
ferendi esse sine dubio humanos; quam distinctionem Ludovicus Imper.
in notabili illa sanctione, apud Albert. de Rosate
ad L. bonè à Zenone. C. de quadr. prescripti. Münst. in Cosmographi. lib.
3. de germ. pag. 476. Frider. Hortled. de casis bellic german. Caroli V.
lib. 1. cap. 47. pag. 512, haut obscuris † firmat verbis: Declaramus,
quod Imperialis dignitas & potestas est immediatè à solo Deo; &
quod de jure & Imperii consuetudine approbatā, postquam ali-
quis eligitur in Imperatorem sive Regem, ab Electoribus Imperii
concorditer, vel majori parte eorundem, statim ex sola electione
est verus Rex & Imperator Romanorum censendus & nominan-
dus, &c. Quod † & faciunt verba Friderici I. Imperatoris ad Princi-
pes Imperii: Cum per electionem Principum à solo Deo Regnum
& Imperium nostrum sit, cumque Petrus Apostolus hanc doctrinam
mundum informaverit, Deum timete, Regem honorificate: qui-
unque nos Imperiale Coronam pro beneficio à Domino Papa
suscepisse dixerit, divina institutione & doctrinæ Petri contrarius
est, & mendacii Reus erit, apud Radev. lib. 1. cap. 10. Nam † & Mat-
thiae Apostoli vocatio procul dubio immediatè erat à Deo, fors ta-
men interveniebat, perinde ut in electione Saulis, Clut. in Syllog.
rer. quotid. lib. 4. lit. e. Johan. Limn. lib. 4. jur. publ. cap. 6. num. 28.
Paululum altius hac repeteret lubuit, quo ineptia detergantur Dil-
lingensium, qui statum Imperii in autoritate papali ita radicatum
satagunt, ut contra Papam nil dictum existiment, quod non simul
Caarem & Status Imperii offendat.

X X V L

Secundum innocentia Lutherana fundamentum petimus à
formā † & modo, quo crimen Majestatis committitur, & sic argu-
mentamur.

Nulla assertio verbalis absque intuitu operis aut facti
infert crimen laicæ majestatis.

Dogma de papa Antichristo est talis assertio verbiis.

Ergo &c. Non

202

44.

45.

46.

47.

48.

49.



16.
9.
10.
168
1.
II.
2.
3.
0.
Y.
V.
5.
6.
7.
Non sanè persuaderi mihi patiar Assumptionem à Dillingensibus vel alio quoquam in dubium vocatamiri, cum Theologi Lutherani † pro concione in suggestu, vel in Cathedra & scriptis dogma id profitentes, solo verbi gladio contra Papam militent, populum doceant, & in verbali informatione subsistant, nil quicquam facti & operis machinantes. Nisi forsitan Dillingenses priorem & repeatant cantilenam, armari scilicet & conetur ad rebellionem hoc dogmate auditores; quod quād falsò & calumniosè effutatur, nostrisque theologia imputetur, sib. preced. demonstravimus; Contrarium † enim, quod Principi & Magistrati etiam heterodoxo & impio parendum, haut restendunt sit, docent nostros, prout notissimum est, Johan. Gerhard. in loc. de Magistr. polit. §. 484. pag. 1307. scilicet, quia potestas non est nisi à Deo; Roman. 13. i. Petr. 2. v. 17. quæ lex non solum de optimis, sed universis lata est, Joh. Bodin. de Republ. lib. 2. cap. 5. Theodor. Reinking. de regim. secul. & eccl. lib. 1. class. 1. cap. 3. n. 8. & 9.

XVII.

Majorem verò propositionem ambiguam reddunt, † qui etiam maledictio in Principem, crimen maiestatis committi autuunt, veluti si quis impiis & injuriosis verbis adversus Imperatorem vel populum Romanum utatur, ex Paulo J Cto, qui lib. 5. sentent. cap. 29. sub tit. ad Leg. Jul. Majest. declaratis casibus, quibus hoc crimen quais incurrit, nec non penitus ei definitis, hæc subdit verba: Quod crimen non solum faelo, sed & verbis impiis maximè exacerbatur. Qua verba J Ctuim † Modestinum etiam. in famosi. 7. §. ult. ff. ad Leg. Jul. Majest. scriptissime, sed Tribonianum immutasse arbitratur Jacob. Cujac. ad Paul. sent. lib. 5. tit. ad Leg. Jul. Majest. quod & verosimile videtur Tiber. Decian. in tract. criminal. lib. 7. cap. 50. num. 29. Henr. Bocer. in tract. crim. les. majest. cap. 2. num. 3. Herm. Vultej. lib. 1. jurispr. Roman. cap. 47. vers. multis verò modis. Elias Rhevvald ad Leg. Jul. Majest. sib. 18. lit. e. † Quin & sub Tiberio, & aliquot post eum Imp. levissima quaque facta & dicta, modo delator non decesset, in judicium hoc fuisse deducta, constat ex Sueton. in Tiber. cap. 58. & in Neron. cap. 32. Seneca lib. 3. de benef. cap. 26. Brisson. 4. antiquit. 12. Petr. Gregor. Tholosan. 35. synagm. 7. n. 1. & 2. Dionys. Gothofr. ad l. 7. in fin. ff. ad Leg. Jul. Majest. Petr. Heig. part.

Part. 2. quaf. 31. num. 49. & seqq. Tiber. Decian. diff. cap. 50.
num. 29.

203

XXIX.

Sed ut hoc + concederimus de jure veteri, iisque in maledicentis & verbis, qua factum aliquod criminosum inferunt ac important, Paul. diff. lib. 5 sent. cap. 29. vel qua ipsamer sunt seditionis ac turbulentas important acclamations, quibus salus principis aut Reipublicæ periclitatur, L28. §. 3 ff. de panis, populusque ad arma contra Principem suscipienda concitetur, l. 1. in fin. ff. ad leg. Jul. majest. quales sunt: Moriatur vel occidatur Princeps; Libertas, libertas, &c. Bald. in l. datâ verba. C. qui accusar. non poss. Attamen + hodierno jure, nuda verba injuriosa & convictia Principi dicta, nequam crimen læsa majestatis importare, non modò ex communis Interpp. concluso manifestum est, de quo Hieron. Gigas. in tract. de crim. laf. majest. tit. qualiter & à quib. quest. 40. Bertazzol. 1. consil. 28. num. 6. Hartman. Pistor. observat. 187. Jacob. Cujac. ad Paul. diff. loc. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quest. cas 377. num. 14. Tiber. Decian. diff. cap. 50. Gilhaus. in arbor. jud. crimin. cap. 2. tit. 3. Petr. Heig. diff. quest. 31. num. 51. Petr. Theodor. in Colleg. crimin. disput. 5. lib. 4. in fin. Sed etiam + ex Rescripto Impp. Theodosii, Arcadii, & Honori in l. un. C. si quis Imper. maledixerit, evinci potest. (1.) Equis enim non animadverterit diversitatem inter crimen læsa majestatis, & maledictionis in principem; + vel sola dissimilitudine titulorum sub Rubr. C. ad Leg. Jul. Majest. & Rubr. si quis Imper. maledixerit, eam indigitare, Aym. Cravett. consil. 6. num. 1. Hartm. Pistor. observat. 187. n. m. 2. (2.) Ipsa quoque sanctio diff. l. un. C. si quis Imper. maledix. hoc discriminis + ponit, ut Judicium majestatis punienti haud fas sit, maledicentiam in Principem coercere, sed jubetur Imperatorem de maledicto & persona maledicentis reddere certiorem: quo si ex levitate processerit, condemnetur; si ex insanâ, miseratione dignus habeatur; si ab injuria, remittatur & condonetur. Hie scilicet genuinus dictum sanctionis Imperatoriae sensus, + ut bene interpretatur alleg. l. un. Cujac. in parat. C. si quis Imper. maledix. & lib. 16. observat. 30. Petr. Greg. 35. syntagm. 8. Salmuth ad Panciroli. lib. 1. de triumph. pag. 638. Hear. Bocer. de crim. laf. majest. cap. 3. num. 3. nec admittenda ex-

E plica.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

16.
9.
10.
168
1.
II
2.
3.
0
Y.
N
5.
6.
7.
62. plicatio † Accursii voculam (*Remittendum*) ad ipsum obrectato rem restringentis, ut sit sensus: Reum ad Imperatorem fore remittendum, quod & placet Prosp. Farinac. *in prax. crim. quest. 105. num. 419.* Cravett. *dicit. consil. 6. num. 71.* Petr. à Plach. *in ep. delictor. lib. 1. cap. 4. n. 1.* Petr. Theodor. *dicit. ib. 4. in fin.* responunt enim hunc sensum præcepta grammaticalia, ut cuivis legenti obviam. (3.) Profluit † hinc porro, obrectatorem Principis supplicium Reo majestatis defutum haud quaquam incurrire, sed pro arbitrio Imperatoris vel extraordinariè puniri, vel plane absolviri, cum enim *dicit. l. un.* maledicto injurioso haud certam posuerit penam, † relinquitur proculdubio arbitraria, l. si quis reum. 4 ff. de custod. & exhib. reor. l. i. § explicatores vers quib nulla ff. de effract. ut sic ex dilparitate quoque supplici ingens horum criminum diversitas reddatur manifesta & quod tandem consequitur, dicto vel dogmate verbali crimen Majestatis nequaquam committi. XXIX.
63. 64. 65. Tertium esto argumentum † ab animo & intentione Lutherandom desumptum hoc:
- Quicunque nec animum dolosum, nec intentionem offendendi Imperatorem habet, is nec crimen laesa majestatis committit,
- Theologi Lutherani Papam Antichristum profidentes, nec animum nec intentionem ejusmodi malitiosam sovent. Ergo.
- Major propositio extra omnem contentionis aleam posita est, postquam delicta † absque dolo non perpetrantur, nec locum habet delicti poena, ubi deficit dolus, l. i. *C. de Siccari. l. qui injuria ff. de fure. l. quod Reipublicæ ff. de injuria.* Marant. *in specul. part. 4. in pri. num. 58.* & seqq. Hippol. de Marsil. *in l. lege Cornelii. §. cum quidam n. 3 ff. ad leg. Corn. de siccari.* Tiber. Decian. *in tract. crim. lib. 1. cap. 4. num. 9.* Andr. Tiraquell. *de pan. temper. causis 4 num. 1.* Voluntatem quoq; † & intentionem in delictis potissimum spectari, expeditum est, l. i. §. 3. l. 7. l. 14 ff. *ad leg. Corn. de siccari.* ea que maleficia distinguunt, dicit. l. qui injuria ff. de furt. in tantum, ut si alia ex causâ magis quam voluntate peccetur, extra crimen esse dicatur, l. i. §. *divus 3.*

in fin. ubi Hippol. de Marsil. num. 49 ff. ad Leg. Corn. de Sicar. Nam, ut Augustinus ait, † usque adeo peccatum est malum voluntarium, ut nullo modo peccatum sit, si non sit voluntarium, c. i. caus. 15. quæst. 1. Angel. Aretin. in tract. malefic. verb. & appensato. Ias. in l. sororem. not. 2. C. de his quib. ut indig. Socin. lib. i. consti. 12. num. 25. Nicol. Reusn. lib. 2. decisi. 16. num. 7. Ac ne quisquam crimen majestatis ab hac generalitate excipiat, ejus reum † sine dolo neminem constitui, probant textus clarissimi in l. 1. S. i. verb. quo tenetur is, cuius opera dolo malo consilium initum erit, l. 3. in fin. verb. quid sciens dolo malo gesserit l. 4. in pr. ibi: Cujus d. dolo malo, l. 10. ibi: Majestatis criminis accusari potest, cuius ope, consilio, dolo malo provincia vel Civitas hostibus prodiit eti. ff. ad Leg. Jul. Majest. Henr. Boer. de crim. lef. majest. cap. i. num. 50. Elias Rehvvald ad Leg. Jul. Majest. tb. 9. lit. e.

XXX.

Minoris, sive assumptionis probatio, † quia est negativa, non nobis, sed Dillingensibus incumbit, l. 2 ff. de probat. l. actio. 23. C. eod. tit. Ex quod enim Theologi Lutherani dolum atque animum offendendi Cesaream Majestatem & Status Imperii incitantur, ac quiescentes in proposito & intentione docendi ac commonendi populum, ut Papam seductorem fugiant & e Regno ejus excent, quem Spiritus Sanctus tam manifestis judicis descripsit Antichristum, † Dillingenses utique dolum & propositum delinquendi ipsis imputantes, onus probandi in se suscipiant, necesse est. Quid ergo illi? Professionem Theologorum Lutheranorum, † ipso facto, inquiunt, esse contraria, quia notoria sint calumnia & læsa majestatis crimina adversus Cesarem & Principes catholicos, adenque eos coerceri debere, in §. 159. pag. 633. Resp. Accurata, si Diis placet † responso, & exacta probatio, quæ conclusionem inferit certissimam ex petitione principii. Sed scire debuissent (i.) dolum & propositum delinquendi † nequaquam presumi, Jul. Clat. in pract. §. ult. quæst. 64. num. 2. Egid. Boff. in tit. de tortur. num. 29. Hippol. de Marsil. in pract. crimin. §. expedita. num. 80 & presumptionem non delicti, excludere presumptionem delicti, Joseph. Mascard. de probat. conclus. 1224. num. 11. Jacob Menoch. lib. 2. de arbitr. Judic. quæst. cas. 412. & lib. 1. presumpt. quæst. 36. & 92. Nicol. Boer. decisi. 165. Joh. Fichard. consil. 108.

E 2

num.

204

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

16.
16.
9.
10.
16.
1.
II
2.
3.
O
Y.
V.
5.
6.
7.

- 105
75. num. 2. & consil. 120. n. 9. tom. 2. Matthi. Stephan. in not. ad artic. 28. Ordin. crimin. Carol. (2.) Idque eo magis, † quia Theologi Lutherani in re licitâ versantur & in studio suâ vocationis ambulant, auditores suos de Papa antichristo informantes, quo sciant fugere filium perditionis; ejusque tradita vitare: ipsosque catholicos admonentes ut Antichristum nosse discant, & in tempore resipiscentes ē Regno ejus exeat, quod † certè opus pietatis habetur & laude dignum; tantum abest, ut ulla ipsi vitio verti debet: quo illud facit Lutheri: Was offenbar am Tage ist da kan kein Aßterden noch falsch richten oder zeugen seyn; Als daß wir jetzt den Pabst mit seiner Lehre straffen so öffentlich in Büchern an Tag geben/ und in aller Welt ausgeschrieben ist ic. (3.) Excludunt porro † omnem presumptionem doli devotee preces publicæ Lutheranorum Theologorum pro Imperatore, quas post habitam concionem singulis ferè diebus erga Deum effundunt, Cesareamq; Majestatem publicè reverentur & honorant: prout ipmet † hoc fundamento presumptionem doli avertunt, in Vindiciis pupille Evangelice cap. 8. §. in unsern Predigten pag. 669. vers. Wir beten auf allen Cänteln alle Tage für den Römischen Keyser: Wir beten für ihn in der Etaney: Wir beten für ihn in unsern Bestunden: Wir wünschen dem Römischen Keyser alle Wolsach an Sel und Leib/etc. It. §. So viel erinnern wir uns. in verb. Wann gleich die Jesuiten es dahin brächten/ daß wir die Seelen auffgeben müsten/ so wolten wir doch sagen: Hoc agire Jesuita, extorquere animam Deo supplicantem pro Imperatore: Wie vor 1400 Jahren die Christen zu sagen pflegten/ dann es heissi bey uns Evangelischen auch/ wie Tertullianus saget (Apolog. 30.) † Christianus nullius est hostis: nemus Imperatoris: quem sciens à Deo constitui, necesse est, ut & ipsum diligat, & reveratur, & honoret, & salvum velit cum toto Romano Imperio. Was kan man mehe von uns begehrn? Wir wissen/ daß die ietzige Römische Keyserliche Majest. selbst mit einem solchen allerunterthänigsten Wunsch/ und Erklärung allernädigst zu frieden seyn. † Et pag. 671. Ob derowegen schon heutiges Tages auch die Römischen Keyser unserer Religion nicht öffentlich zugehan: Jacob Sie schon zu scharffen Anordnungen wider die Evangelische Lehr und Lehrer, durch die Jesuiten und ihres gleichen/ an gerei

Gereizet werden: So wissen wir doch wol/wie wir nichts desto weniger umb ihrer habenden Majestät und von GOT verliehenen höchsten weltlichen Ampts/ gebürlich Sie ricaliren, von Ihr reden und schreiben/ und bey unserm HERRN und Gott für Sie bitten/ und beten sollen/ etc. Ingenua † Theologorum Lutheranorum confessio, qua contrariam doli präsumptionem in totum tollit, cui locus non est, quando fortior alia obstar. Nam präsumptio una tollit † aliam, & fortior debiliorem vincit, l. *divus*, & ibi Baldus ff. de *in integr. resit.* cap. illud. ex ir. de *präsumpt.* Decius confil. 740. Iason. lib. 2. confil. 235. *in fin.* (4.) Et cur tandem Dillingenes † versa Lutheranorum Theologorum contra Papam prolati ad personam Imperatoris torquent, ac si contra ipsum dicta fuissent. Nullum nempe non movent lapidem, quo utriusque respectum ac Regimen tam arcet connectant, ut unum absque alio consistere nequeat; quam multum vero à veritatis tramite aberrent, diximus supra *ib. 25.* ac bene † hoc monent Theologi Saxonici in *Vindic. puplica Evang. diit. cap. 88. 5.* In unsern Predigten. verb. Wir wünschen dem Römischen Kaiser alle Wohlfahrt an Seel und Leib: und machen so einen grossen Unterschied zwischen dem Reich oder Amt und Stand des Kaisers/ und zwischen dem Amt und Stand des Pabstis/ als zwischen Himmel und Erden.

XXXI.

Quartum argumentum suggestum nobis † qualitas subjecti in hoc criminis, & est tale:

Quicunq; non sunt subditi Imperatoris vel Procerum Imperii, ii nec criminis Majestatis insimulari possunt. Theologi Lutherani (quā tales) non sunt subditi Imperatoris vel procerum Imperii. Ergo. De veritate majoris propositionis dubitandum non est, siquidem ex communi Interpp. calculo & doctrina, non † nisi subditus crimen majestatis incurrit, Nicol. Boër: *in tract. de Seditionis cap. 6.* num. 2. & 3. Martin. Laudenſ. *in tract. de crim. laſe majest. quest. 34.* Hieron. Gigas *in cod. tract. lib. 1. Rubr.* qualiter & à quibus crimen laſe majest. commit. quest. 34. & 68. Jul. Clar. lib. 5. *sentr. §. laſe majestatis crimen. num. 6. & 7.* Ludov. Carer. *in pract. crim. tract. appellat.*

16

9.

10.

16

1.

71

2.

3.

0

Y.

2

5.

6.

7.

205

in criminal. cas. 11. num. 21. pag. 25. fat. 2. Henr. Bocer. de crim. les. ma-
 jest. cap. 1. num. 15. Jacob Menoch. const. 99. num. 16. 17. & 97. Tiber.
 Decian. vol. i. Respons. 18. num. 320. & in tract. criminal. lib. 7. cap. 5. n.
 12. & cap. 8. num. 5. Anton. Gomez. tom. 3. cap. 2. num. 10. Elias Rhei-
 vvald ad Leg. Jul. Majest. b. 9. lit. b. Andr. Gail. lib. 2. de pace publ. cap.
 13. num. 19. Johan. Harprecht in §. publica. 3 num. 30. Inst. de publ ju-
 dic. Henn. Arnif. lib. 3. de jur. majest. cap. 6. num. 12. M. Anton. Pe-
 regr. lib. 5. de jur. fisci tit. 1. num. 18. verb. illuata ramen. &c. Quod &
 probat textus in cap. pastoralis. §. rursum. ubi Gloss. tit. de sent. & re
 judic. in Clement. ubi Robertus Sicilia Rex faciendo confederatio-
 nes & conspirationes in offensam Henrici Imperatoris Roma-
 ni, exprese negatur crimen lae[m]a[m] majestatis commissile, propter
 ea, quod Imperatori non subest, ut in eum crimen lae[m]a[m] majestatis
 contrahere potuerit. Nec iana & ratio aliud admittit, postquam
 majestas in summâ consistit potestate, ut diximus supr. lib. 22. quam
 peregrinus & exter[us] nationis civis, qui ei non subest, haud agno-
 scit; Ergo nec eam offendere, nec per consequens crimen Majest-
 atis incurtere potest.

XXXII.

89. Minoris probationem si à nobis petant Dillingenses, & oppo-
 nimus eis dogma pontificiorum: Quod Clerici à potestate Ma-
 gistratus secularis, simpliciter & absolute sint exempti, cap. cum
 non ab homine. cap. at si Clerici. extir. de judic. cap. un. de cler. coniug. in
 610. c. si quis sua lente. 17. quart. 3. p. placet. 17. C. de Episc. & Cleric. Bele-
 latim. in lib. de Clerico. cap. 28. De quô ita Concilium Lateranense
 sub Leone X. Session. 9. cim à iure tam divino quam humano Laici po-
 testas nulla in ecclesiasticas personas attributa sit, innovamus omnes &
 singulas constitutiones &c. Concil. Tridentin. Sep. 29. cap. 25. Eccle-
 sie & personarum Ecclesiasticarum immunitas Dei ordinazione & san-
 ctionibus canonicis est insituta. Et Soarius in defens. fidei cathol. ad-
 versus Anglic. scit. error. multis propugnat, Clericos omni jure &
 divino & humano à potestate principum secularium esse exemptos,
 non solum in spiritualibus & Ecclesiasticis causis, sed etiam in re-
 bus & causis temporalibus lib. 4. cap. 1. 2. & 3. Qui stante maxima,
 ipsimet & inferunt & concludunt, Clericos in Rebellione contra
 Principes世俗的非 committere crimen lae[m]a[m] majestatis,
 Eman.

Eman. à Saa. in aphorismis Confessor. verb. Clericus. quod & tueruntur
Antoh. Gomez in § rursus. num. 24. Inst. de action. Thom. Michaël.
de juris dict. conclusi. §. lit. b. Elias Rhevald. ad l. Jul. Majest. lib. 17. lit. c.
b. Roi. à Vall. vol. 1. consil. 4. num. 34. Prosp. Farin. in prax. rer. crimi-
lib. 1. tit. 1. quest. 8. num. 28. Tiber. Decian. in pract. crim. lib. 4. cap. 9. n.
5. § lib. 7. cap. 8. n. 6.

206

XXXII.

Conclusum hoc Pontificiorum acceptamus quidem, † at do-
gma de Clericorum exemptione non simpliciter probamus, aliter
& rectius edocti ex jure pariter divino & humano. Non enim
Apostolus Roman. 13 v. 1. omnem animam potestatibus superemi-
nentibus subditam esse jussisset, si Clericos excipere voluisset, ve-
luti commentatur in locum illum Chrysost. hom. 23. in Epist. Rom.
in pr. † hisce verbis: Ostendit Apostolus, quod ista imperentur omni-
bus, & Sacerdotibus & monachis, non solum secularibus, id quod statim
in ipso exordio declarat, cum dicit: Omnis anima potestatibus super-
eminente bus sit subditá, etiam si Apostolus sit, sive Evangelista, sive Pro-
phetæ, sive quisquis tandem fuerit, neq; enim pietatem subvertit ista
subiectio. Et non simpliciter dicit, obediat, sed subditas sit, &c. Cum
quo † etiam convent Bernhardus, Epistol. 42. ad Archiep. Senon.
Omnis anima potestatibus sublimioribus sit subditas; si omnis, & vestra.
Quis vos exceptit ab Universitate? si quis tentat excipere, conatur de-
cipere. Et nonne Christus dixit ad Pilatum: Non haberes potestatem
super me ullam, nisi ibi datum esset de super, Joh. 19. vers. 11. In quem
locum ita scribit Bernhard, dist. Epist. 42. Quid secularitatem con-
temnit, nemo secularior Pilato, cui Dominus addidit judican-
dus. Non haberes, inquit, in me potestatem, nisi de super tibi esset
datum, jam tunc pro se loquebatur, & in se experiebatur, quod
per Apostolos clamavit in Ecclesiis: Non est potestas nisi à Deo.
Ut alios triceamus textus, quos congesit in hanc rem Johan. Ger-
hard. in loc. te magistr. pol. § 442. & 443. pag. 1243. & 1245. ac seqq.
Nec alienum ab hoc est ius civile, quo Clerici politicis legibus æ-
què subjiciuntur † in de cernimus. 16. de Epist. & cler. l. omnes. 10.
C de L. l. si quis ex consensu. 7. & tot. tit. C. de episcop. audient. Novell.
3. in pr. Novell. 6. cap. 8. Novell. 86. cap. 1. Novell. 123. cap. 8. &c. In
quam sententiam non modo transeunt plurimi etiam expontifi-
cis

92.

93.

94.

95.

96.

16.
9.
10.
16.
1.
7.
2.
3.
Y.
5.
6.
7.
87.
98.
99.
100.
101.
102.
103.

eiis Innoc. in cap. 2. extr. de major. & obedient. Carol. Molin. in ad-
dit. ad Consil. Alex. 8. lib. I. Didac. Covarr. Hispan. Episc. Segobien-
s. pract. quest. cap. 31. num. 2. vers. contraria opinio. Marsil. Pa-
tavin. in defens. pac. part. 2. cap. 4. § 5. ¶ ubi id latissime ostendit.
& Christi. Apolitorum, aliorumque orthodoxorum exem-
plis comprobat. Octavian. Cacheran. decis. pedem. 30. num. 5. & seqq.
us. ad fin. Joseph. de Sese in tract. de inhib. cap. 8. num. 11. & seqq.
Sed etiam. ¶ Theologi & Politici Augustana Confessionis unani-
miter eam comprobant. Gerhard. dict. loc. Frider. Baldwin. de ca-
sis. consel. lib. 4. cap. 12. cas. 13. & 14. Et tuerit hanc ipsam integro tra-
ctatu Henn. Arnii. de subject. & exempt. Cler.

XXIV.

Nihilominus hoc temperamenti addimus, ¶ ut restraininga-
sit Clericorum subiectio ad vineulum politicum, quo civilis socie-
tati sunt obstricti; Quoad munus vero ecclesiasticum, dogma ca-
tholicorum facilè largimur, ¶ ministros nempe Ecclesie, Magistrati
subiectos haud esse in actibus ecclesiasticis ac spiritualibus, ad
internam potestatem ecclesiasticam pertinentibus: Nec enim Ma-
gistratus secularis potest nec debet illis præscribere aliam docen-
di, errores & peccata arguendi, Sacraenta administrandi &c.
formam, quam est in verbo ipsis divinitus præscripta; ¶ quin po-
tius Christianus magistratus tanquam membrum Ecclesie ad præ-
conem verbi gerere se debet, cœ ovis ad pastorem, cuius monita
sequatur & præceptis ex sacro Codice sibi prælectis obediat; tan-
tum abest, ut imperare ei possit, Johan. Gerhard. dict. loc. de magis-
trato politico. §. 440. pag. 1235. Theodor. Reinking de regim. secul. &
eccles. lib. 3. class. 1. cap. 1. num. 32. § 33. Et hoc ipsum est, ¶ quod pro-
positionem nostram majorem ad officium restinximus ecclesia-
sticum; Cumque informatio auditorum de antichristo, ad munus
illud spectet, hujus intuitu nequaquam theologos magistratus
politico subiectos esse, & quod consequens, nec crimen majestatis
adversus eum committere, fateri nos oportet.

XXXV.

Quintum argumentum petimus ¶ ab officio & fervore debi-
to ministrorum verbi, quo dogma de Papâ Antichristo profiten-
tur: estque tale

Nihil

Nihil, quod ratione officii, amore ac zelo orthodoxæ Religionis ab aliquo profertur; pro crimine majestatis imputari debet.

Dogma de Papâ Antichristo ratione officii, amore ac zelo Religionis orthodoxæ, à Theologis Lutheranis profertur. Ergo.

Major probatione non indiget; luce sua splendens; Nec enim absque dolo † crimen læsa majestatis perpetrari, supra diximus tib. 29. & verè diximus, quia ut in aliis delictis l. 7. C. de Sicar. l. qui *injuria ff. de furt.* ita etiam in crimen majestatis dolus formans dat substantialem maleficium, idque verè perficit, l. 1. § 1. l. 3. in fin. l. 4. in pr. l. 10. ff. ad leg. Jul. majest. Bocer. de crim. les. majest. cap. i. num. 50. Atqui † dolosè nil agit, qui officio suo fungitur, nam & injusta ac bestialis causa à dolo aliquem excusat, l. igitur. 12. § 5 generaliter. 3. ff. de liber. cauf. l. inter omnes. 47. §. reſtè dictum est. 7. ff. de furt. Jason. in l. 1. §. hoc judicium q. vers. facit trita regula. ff. si quis jū dic. non obtemp. Ludoiph. Schrader. in miscell. cap. 16. tit. *injusta causa an dñe* penitie excusat. Aym. Cravett. lib. i. consil. 6. num. 89. Paris. lib. 4. consil. 149. num. 18. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. ult. quæst. 60. n. 22. Ægid. Boss. in prax. crim. tit. de decreto Mediolan. n. 19. Nicol. Boër. decisi. 168. n. 11. multò magis causa justa, eaque prægnantissima.

XXXVI.

In assumptione vero quod dicitur, Theologos Lutheranos ratione officii & ex amore & zelo Religionis dogma de Papâ Antichristo prosteri, † id nemo inficias ibit, qui non calumniosè veritatem dissimulare velit. convictus (1.) notoriâ theologorum functione, quæ in eo consistit, fuit verbis & scriptis veritatem verbū divini tueantur, sensum ejus genuinum doceant, vitia auditorum reprehendant, & à falsâ religione & doctrina Antichristi fideliter eos déhortentur, nec quicquam intermittant, quo ad veram pœnitentiam, fidem & exercitum honorū operum populus excitetur. At † quomodo hoc fieri poterit, si de filio perditionis Antichristo ejusque persona & falsis traditionibus quicquam proferre interdictum ipsis esset, maximè quia doctrina † de Papa Antichristo articulus fidei habetur, Nicol. Hunn. de innoc. Lutheran. in poster.

E.

accmz.

104.

105.

106.

107.

108.

109.

16.
9.
10.
16.
1.
II.
II.
2.
3.
Y.
V.
5.
6.
7.
105

accusat. cap. I, §. 811. pag. 521. ut non magis quam alios fidei articulos, eum celare possint. (2.) Nec novum est, acerba diuersa hoc nomine proferri, cum praेuntem habeamus Salvatorem in Scriptis & Pharisæos acriter inventum; quem Apostoli & Patres simili fervore fecuti sunt. Nam in Constantium Imperatorem ita scribit Athanasius: *Quid hic, quod Antichristi est, omisisti? aut quid ille, ubi venerit, plus committere poterit? aut quomodo ille in adventu suo non repererit sibi expeditam viam ad dolos ab isto preparatam?* Baron, annal. 355. §. 12. Nec non in eundem Hilarius: *At nunc fructus operum tuorum, lupa rapax raudi: Postquam omnia contulisti arma adversus fidem occidentis. Exercitus tuos convertisti oris Christi, refugere nibil sub Nerone licuit,* Baron. dict. loc. §. 31. Eudoxiam Imperatricem † ita perstringit Chrysostomus: *Rursum Herod asserit, rursum turbatur, rursum ab Herode capit Iohanni injuria petit abscindit: rursum Jezabel Nabuho vineam eripere tentat, ac sanctum Eliam ad montes persequendo, compellere.*, Baron. annal. 404. §. 4. Quis propterea Apostolos & Patres criminis lælä majestatis insimulavit? Ut nec hinc Lutheranos hoc nomine accusare licet. (3.) Quād in re nec Magistratui silentium imponenti est obtemperandum, sed potius pro veritate divinâ dimicandum, ne superius offendatur Magistratus, qui est Rex Regum, & Dominus Dominantium. 1. Timorib. 6. v. 15. cuius mandata si inferiorum Magistratum mandatis præferantur, crimen lælä majestatis neutrquam committitur, Johan. Gerhard. in loc. de magistris polit. §. 475. pag. 1290. Sed quid ad hæc Dillingenses? Pro more suo conclusionem negant. Et frustra disputari à Lutheranis aijunt in notoriis calumniis, que non calamo sed virgâ judiciali sint coercenda, §. 164 pag. 640. in pr. Nimirum † si quid responsi ipsis suppetueret, non tacuisissent, nec in notorierate ignota, nunquam notâ subsistissent.

XXXVII.

Sextum argumentum pro obtinendâ Lutheranorum Theologorum innocentia, ex † jure paritatis inter Catholicos & Evangelicos desumptum, sit hoc:

Si Pontificij Lutherum ac Lutheranæ Religioni adictos dicendo hæreticos, aliaque in ipsos jaciendo con-

convitia, aduersus Principes & Status Imperii Evangelicos crimen læsa majestatis haut committunt: nec Lutherani Theologi Papam dicendo Antichristum, id crimen incurunt.

At verum prius: Ergo & posterius.

Neminem opinor, fugere, † quantis calumniis, quantisque con-
viciis pontificii Lutherum & Lutheranos proscindant: Paucula
ex infinitis ut adducamus, in B. Lutherum hasce evomitat injuri-
as Tannerus part. i. Anat. August. Confes. Fuit Apostata à sacro
ordine & Religione, homo erga Deum perfidus, sacrilegus, falsa-
tor canonis, sacræ scripture & Symboli Apostolici, Pseudopro-
pheta; Pseudo apostolus, Diaboli discipulus, contemtor veteris
Ecclæ Doctorum, superbus, ebriosus, mendax, spurcus, male-
dicus, scurra, seditiosus, flagrio, hæresiarcha &c. Nec finis aut
modus istorum maledictorum. Et † quæ convitia per deprava-
tiones & iniquas detorsiones ex verbis Lutheri contra illius men-
tem ac sensum elicuntur? Videre licet Greiferi Lutherum Aca-
demicum, Vadisiche motiven/ aliaque pontificiorum scripta; nil
ferè iis frequentius; quam ut Lutheri mentionem facientes ad
tertium verbum † proferant illud protritum, Lutherus fuit Diabo-
li discipulus, ab illo siquidem didicit impugnare Messiam. (quam
false autem & calumniosè, manifestum ex ipsis Lutheri verbis,
Tom. 6. Jenens. germah. fol. 82.) Quid frequentius de Lutherø, ore
fertur pontificio, † quam quod marito, cui uxor denegat conjuga-
gale debitum, permiserit, scortari cum ancillâ, tom. 2. Jen. germ. fol.
152. Hie ist es Zeit, daß der Mann sage: Willst du nicht/ so wil eine an-
dere: Will die Frau nicht/ so kommt die Magd. Quo in luto etiam
hæret. Utus celeberrimus Anton. Faber, in Codice suo, lib. 1. tit. 1. pag.
9. §. 10. (Ex proposito autem † & profligata conscientiâ, per summam
& detestabilem iniquitatē calumnias hasce B. Lutherø imputari,
qui vis candidi pectoris homo fatebitur, verba ipsa Lutheri inspi-
ciens, quibus consulere marito voluit, ne in scortationem incidat,
observato ordine actionis ab ipso Christo Matth. 18. vers. 15. & seqq.
Præscripto, & hodie in Consistoriis Evangelicis laudabiliter rece-
pto.) Non minus quoque Religioni Lutheranæ addicti calumniis

F. 2

pro-

116.

117.

118.

119.

120.

121.

